

INVENTA LEVETUR
FRANCISCUS PRAEPOSITUS
EXALTABO TE
IN POLLING Anno 1744
REGG:
CANN



Kluit

HISTORIA CRITICA
COMITATVS
HOLLANDIAE ET ZEELANDIAE
AB ANTIQVISSIMIS INDE DEDVCTA
TEMPORIBVS

TOM. II. PARS II.

SISTENS

CODICEM DIPLOMATICVM

ET

PROBATIONES

AD

CHRONICON HOLLANDIAE

ET EIVS EXCVRSVS

AVCTORE

ADRIANO KLVIT

ANTIQVITATVM ET HISTORIAE IMPRIMIS
DIPLOMATICAE FEDERATI BELGII IN
ALMA VNIVERSITATE LEIDENSI
PROFESSORE ORDINARIO
VARIISQVE SOCIETATIBVS LITERARIIS ADSCRIPTO



MEDIOBVRGI

APVD PETRVM GILLISSEN ET FIL. ET ISAAC DE WINTER

ANNO CIↃIↃCCLXXXII.

AD LECTORES.

Quum paucis abhinc annis brevem huius Operis delineationem eo animo publicae exponebam luci, quo plura mihi ſubſidia, explicando iuri Patrio, et excolendae rerum anteactarum memoriae inſervitura, compararem: vix ſperaveram fore, ut tot opibus ac documentis inſtructus prodirem, quot quantisque hodie gloriari mihi liceat! Loca autem atque Archiva, unde hauſerim, et quibus ad ea aditum debeam, nunc tantum paucis accipite. Et primum quidem omnium haud ſatis praedicare poſſum inſignem in adiuvandis conatibus meis favorem viri humanisſimi GODEFROY, qui, Archivo Regio et Camerae Rationum, quae Inſulis est, Praefectus, pro ſua erga me benivolentia permultas illic latentes Chartas autographas, quae rem Hollandicam et Zeelandicam mirifice illuſtrant, ſua manu, ingenti profecto labore! ipſe deſcripſit; nec non Excellentisſimi viri, Comitis NENY, qui praeter alias quibus eminet dignitates Principi Brabantiae ab intimis conſiliis et privati Concilii Praeſes, Publicae rei curae literarum adiungit amorem; cui quidquid ex Archivis Brabantinis et Namurcenſibus dedi, unice debeo. Praeter hoſce Brabantiam, Flandriam, aliaque loca extera perluſtranti mi-

hi multae aliorum patuere fores, et aperta sunt claustra, quibus obscura saepe nocte aeternum premuntur monumenta. Mechliniae, *id quod haud multis mortalibus, credo, contigit, ad ipsam Curiam magnam* Mechliniensem *via mihi per eius Curiae Praesidem patefacta est, quae, quum omnium XVII. Regionum supremum olim fuerit Tribunal, quantos etiamnunc Chartarum, Sententiarumque iudicialium probationibus instructarum, Federati Belgii thesauros occultet, pauci equidem norant. Patuit etiam mihi aditus ad Archiva palatii* Archiepiscopi, *quod itidem Mechliniae est; nec non* Gandavi *ad aedes* Episcopales S. Bavonis; *ad Abbatiam* Baudeloënsem; *imprimis vero ad instructissima Abbatiae* S. Petri *Archiva, quorum insignis dispositio ac conservatio illustrissimo viro* SEIGERO, *Abbati ac Flandriae primati, harum deliciarum amanti et callenti, maius etiam conciliat decus. Multum etiam debeo eorum virorum humanitati, qui Archivorum curam gerunt,* Brugis *in Ecclesia Cathedrali S. Donatiani;* Antverpiae *in Abbatia* S. Michaëlis, *ac Coenobio fratrum* Carthusianorum; *prope* Alostum *in Abbatia* Affligemensi. *Mitto alia. Quantum autem ad terras nostras, in hisce non minus felicem esse mihi contigit. In* Zeelandiae *metropoli* Medioburgo, *meis olim, illic degentis,*

de-

deliciis, secretiora Archiva Camerae *Rationum* Zeelandiae *mihi patuerunt; atque ea fuit Magistratus urbani in me propensa voluntas, ut benigno decreto intimos Chartophylacii sui recessus perscrutandi facultatem mihi concederet.* Traiecti ad Rhenum, *quae Episcopalis olim fuit sedes, egregia mihi subsidia contulerunt viri illi nobilissimi, qui Archiva curant Capitulorum* S. Martini *sive Ecclesiae Maioris*, S. Ioannis *et* S. Mariae; *ibidemque evolvere mihi perbenigne concessum est Archiva ipsius Vrbis* Traiectensis, *nec non Domus* Ordinis Teutonici. *Quod reliquum est, illos omnes, quibus privatim devincior, nominatim recensere, et gratias his impertire, nec vacat nec licet.* Rotterodami *heredibus viri honorati et vetustae historiae patriae cultoris diligentissimi* ALKEMADII *multum debeo. Honori etiam mihi duco nominare virum rever. ac seren. Principis* WILHELMI V. *Capellanum* I. TH. ROYER, *virumque Nobil.* I. VERHEYEN VAN CITTERS, *Senatorem cum maxime Curiae Hollandiae et Zeelandiae; imprimis virum Ampl.* G. HEENEMAN, *Collegio Ordinis Equestr. Holland. ab Actis; cuius ope et benevolentia patuerunt mihi Archiva Abbatiarum*, Rijnsburgensis *et* Leeuwenhorstianae, *quae his olim in terris honore et divitiis pollebant. Tandem, quod cumulum*

reliquis omnibus benificiis adiicit, atque animum ad ulteriora conamina in iure et historia patria explicanda confirmat; facit iudicium Deputatorum *Ill.* Ordd. Hollandiae *et* Westfrisiae, *qui, condito a.* 1781. *d.* 20. *Iun. decreto, potestatem, omnia vetera* Documenta, Chartas et Scrinia, *quae, inde a Seculo* XIII. *sqq. in* Curia Feudali (*vulgo* de Leen- *en* Registerkamer *van* Holland) *authentice asservantur omnia, examinandi ac describendi, mihi fecerunt. Id quod, praeterquam* FRANCISCO MIERISIO *ex Decreto a.* 1753. *et* CORNELIO NEOSTADIO, *ex Decreto a.* 1603. *d.* 29. *Apr.* Tractatui, de feudi Hollandici origine et succesfione *praefixo, quantum equidem sciam, contigit nemini. Pro quibus, omnibus ac singulis, eas, quas possum ac debeo, ago et habeo gratias; has publice profiteor; meisque porro conatibus ut faveant, enixe precor. Quod autem Chalcographorum mora retardavit, id reliquorum Tomorum, ut spero, celeritas compensabit.*

LVGDVN. BATAV.
d. 10. Febr.
CIƆIƆCCLXXXII.

INDEX

EORVM, QVI NOMINA DEDERVNT

HISTORIAE CRITICAE

COMITATVS HOLLANDIAE.

De Hr. Mr. W. C. Ackersdijk, *Schepen te 's Hertogenbosch.*

N. van Alphen, *I. V. D. te Leyden.*

D. van Alphen, *I. V. D. aldaar.*

De Hr. Mr. I. N. de Bruin, *Secretaris te Wouw.*

De Hr. Mr. Pieter Bakker, *te Middelburg.*

Bibliotheca Archivi Plasfenburgenfis.

Bibliotheca Cancellariae Principalis Baruthinae.

Abraham Blussé en Zoon, *Boekverkoper te Dordrecht.*

C. Bohemer, *Boekverkoper te Middelburg*, 3 *Exempl.*

N. Boothamer, *V. D. M. inter Teleio-baptist. te Middelburg.*

I. Bosch, *Boekverkoper te Rotterdam*, 2 *Exempl.*

P. van den Bosch, *V. D. M. inter Remonstr., te Leyden.*

Pieter van Braam, *Boekverkoper te Dordrecht.*

A. Bresser, *Schol. Lat. Rector et Lect. emer. te Tsfelftein.*

H. G. van Breugel, *Pred. te Dordr.*

M. de Bruin, *Boekverkoper te Amstel-dam*, 2 *Exempl.*

H. A. Bruining, *Pred. te Vere.*

I. de Busfcher, *Boekverkoper te Brugge*, 2 *Exempl.*

De Hr. Mr. Verheye van Citters, Raadsheer in 't Hof Provinc. in 's Hage.

De Hr. Mr. Casp. van Citters, *Bewindh. der W. I. C. en Raad te Tholen.*

De Hr. Mr. I. M. Chalmers, *Raadpension. van Zeeland.*

Thomas Corbelyn, *Boekverkoper te Vlissinge, 5 Exempl.*

De Hr. van Delft, *te Antwerpen.*

De Hr. Mr. I. F. Dryfhout, *in 's Hage.*

De Hr. I. I. van Drunen, *Prof. en Pred. te 's Hertogenbosch.*

I. van Duuren, *Boekverkoper in 's Hage.*

Pieter van der Eyk en Daniel Vygh, *Boekverkopers te Leyden, 2 Exempl.*

I. Ermens, *Boekverkoper te Brussel, 6 Exempl.*

De Hr. van der Esch, *Advoc. Fiscaal van Brab. en Lande van Overmaas.*

Ionkheer H. Baron, Collot d'Escury, *Secretaris van de General. Rekenkamer.*

De Hr. Mr. Willem Evertsen, *Kiesheer te Middelburg.*

De Hr. Della Faille, *Maior te Antwerpen.*

De Hr. I. F. du Four, *Boekverkoper te Mastricht, 2 Exempl.*

Iohannes Galliard, *Boekverkoper in 's Hage.*

De Hr. Mr. Adr. Geene, *te Middelb.*

De Hr. Geleys, *Provisor in d'Abdy van S. Michiel, te Antwerpen.*

De Hr. P. Gemblet & Freres, *te Gent,* ten name den Hr. Hoope, *Advocaat aldaar, 25 Exempl.*

De Hr. Mr. Martinus Gousset, *Secret. van de Houtvesterij van Holl. en Westvriesl.*

I. Grangé, *Boekverkoper te Antwerpen.*

De Hr. A. 's Gravezande, *Predik. te Middelb.*

De Hr. Adrianus Ham, *V. D. M. te 's Heer Arendskerke.*

De Hr. Mr. G. Heeneman, *Commis van de Ridderschap en Edelen van Holl. en Westfr., en Solliciteur Militair, in 's Hage.*

De Hr. I. H. van Heurn, *Schepen te 's Hertogenbosch.*

C. van Hoogeveen, Iunior, *Boekverkoper te Leyden.*

De Hr. I. Hope, *te Amsteldam.*

De Hr. M. I. de Ionge, *te Sluis in Vlaandren.*

Yntema en Tieboel, *Boekverkopers te Amsteldam, 10 Exempl.*

De

I. de Kanter en Zoon, *Boekverkoper te Zierikzee*, 4 *Exempl.*

De Hr. Mr. M. I. Karsseboom, *Secretaris te Dordrecht.*

De Hr. Theodorus van Kooten, *Lect. en Rect. te Middelb.*

De Hr. H. I. Krom, *Prof. en Pred. te Middelburg.*

De Hr. I. F. Landsheer, *Kiesheer te Middelburg.*

De Hr. I. van der Burgt van Lichtenberg, *Raad*, *enz. te Tholen.*

De Hr. C. I. van Lichtenberg, *Raad te Tholen.*

S. en I. Luchtmans, *Boekverkopers te Leyden*, 33 *Exempl.*

E. Lusac en I. H. van Damme, *Boekverkopers te Leyden*, 2 *Exempl.*

De Hr. D. Iohannes Theophilus Mayer, *Serenissimo Marggravio Br. a Consiliis intimis.*

De Hr. Mr. A. C. de Malnoë, *te Leyden.*

De Hr. Mr. A. Martini, *Pensionaris der Stad 's Hertogenbosch.*

De Hr. I. Masson, *Burgem. te Sluis in Vlaandr.*

De Hr. Mr. A. H. van der Mey van der Linden, *te Dordrecht.*

De Hr. Mr. D. Merens, *Raadsheer in 't Hof Provinc. in 's Hage.*

De Hr. Nicolaas Naaftens, 9 *Exempl.*

De Hr. Mr. M. van Nievelt, *in 's Hage.*

A. Oevering, *Boekverkoper te Ysselstein.*

Abraham van Paddenburg, *Boekverkoper te Utrecht*, 10 *Exempl.*

De Hr. van Parijs, *Canonik te Antwerpen.*

De Hr. Mr. G. A. Patijn, *Burgem. te Haarlem.*

De Hr. Mr. Pieter Paulus, *te 's Hage.*

I. en H. Palier, *Boekverkopers te 's Hertogenbosch.*

De Hr. Mr. W. Pauw, *Raadsh. in den Hoogen Rade, in 's Hage.*

C. de Pecker, Corn. Zoon, *Boekverkoper te Leyden.*

De Hr. Mr. van de Perre, *Heer van Welfinge, te Middelburg.*

De Hr. Mr. A. Perrenot, *Raadsheer der Domeinen van Zijn D. H. in 's Hage.*

De Hr. Mr. Daniel Radermacher, *Bewindhebber der O. I. C. te Middelb.*

De Hr. François Radermacher, *Liter. et Iur. Stud. te Utrecht.*

De Hr. Mr. P. Rendorp, *Secretar. te Amst.ldam.*

De Hr. I. A. Repelaer, *te Dordrecht.*

De Hr. Mr. de Ruever, *Secret. der Rekenkamer in Zeeland.*

INDEX SVBSCRIPTORVM.

I. van de Sande, I. Z., *Boekverkoper te Middelburg.*

De Hr. van der Sanden, *te Antwerpen.*

Wed. I. van Schoonhoven, *Boekverkoopster te Utrecht*, 4 *Exempl.*

De Hr. Mr. I. G. Schorer, *Gecommitt. Raad wegens Middelburg.*

De Hr. Mr. Willem Schorer, *Gecommitt. Raad wegens Vere.*

De Hr. Mr. C. W. van der Sleyden, *Heere van Aalst*, *enz. te 's Hertogenbosch.*

De Hr. F. Smit, *Luth. Pred. te Rotterd. of zijn rechthebbende.*

De Hr. Mr. P. van Spaan, *Raadsheer in den Hoogen Rade*, *in 's Hage.*

De Hr. Mr. L. P. van de Spiegel, *Secretaris der Heeren Stat. van Zeeland.*

De Hr. Philippus Ernestus Spies, *Raad en Archivarius van den Hr. Markgrave van Brandenburg*, *te Culmbach.*

De Hr. Mr. Ian Hugo van Stryen, *te 's Hage.*

De Hr. P. Tollozan, *I. V. D. te Leyden.*

De Hr. Mr. Daniel Tulleken, *Oudburgem. te Middelburg.*

De Hr. Ian Korn. Valk, *V. D. M. inter Remonstr. Leidens.*

W. Verblaauw, *Boekverkoper te Gouda.*

De Hr. Mr. M. van Visvliet, *Oudpens. te Middelburg.*

De Hr. E. P. van Visvliet, *Med. Doct. te Middelburg.*

De Hr. Mr. P. H. van de Wall, *in den Oudraad*, *te Dordrecht.*

De Hr. Profess. I. W. te Water, *te Middelburg.*

De Hr. Mr. I. H. van Wijn, *Pensionaris der Stad Gouda.*

B. Wild, *Boekverkoper te Utrecht*, 6 *Exempl.*

De Hr. Gerard de Wind, *Medic. Profess. te Middelburg.*

De Hr. Samuel de Wind, *Med. Doct. te Middelburg.*

N. CXLIV.

WILHELMVS Comes Hollandiae, Rex Romanorum electus, mandat *Ballivo* suo *in Walachria* ad tempus constituto, ut decimas SYMONIS *de Zandijk* sine legitimo herede (nempe masculo) defuncti Abbatiae Medioburgensi, cuius erat feudum, conservet. A. 1247. d. 21. Dec.

A. 1247. d. 21. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 291, 299.

(Ex antiquo Chartular. Abbat. Mediob. fol. xxiij. vs. in Archivis Cam. Rat. Zeel. Loculo 116-117.)

WILLELMVS Dej gracia Romanorum in Regem electus, semper Augustus, fidelj suo *Balliuo in Walacria* pro tempore constituto, graciam suam et omne bonum. Cum decedente SYMONÉ laico de *Zandic* decima quam idem S. ab ecclesia et ab Abbate de Middelburg titulo *feodj* possidebat, ad ipsam sit ecclesiam per excadentiam deuoluta · ipso *legittimos heredes* (1) non

(1) *Legittimos heredes*] Observetur huius temporis locutio! qua non alii quam *masculi* indicantur: a quo tamen more pedetentim deflectebatur; derivando etiam feuda in femellas: hinc Abbas imploravit *Comitis* auxilium, qui agendum mandat *prout iuris est et consuetudinis approbatae*. *Legitimum* autem *heredem* non alium h. t. esse quam masculum, docemur infra ex Charta d. 24. Iul. a. 1248. quae huius est confirmatoria, ubi disertis verbis: *Quum Simone de Zandijc sine* HEREDE MASCVLO *decedente Decima de iure sit ad Ecclesiam reversa et per excadentiam devoluta.* Videtis igitur, quae iuris regula per haec tempora circa *feudalem* successionem obtinuerit. Omnia enim feuda olim natura sua *recta* fuerunt, nec in feminas derivabilia. Cf. dicta ad Chart. a. 1252. d. 13. Maii, nec non a. 1251. d. 13. Febr.

A. 1247. d. 21. Dec. non habente decimam eandem dicte ecclesie auctoritate regia confirmamus, mandantes tibj sub jnterminatione gracie nostrae firmiter precipiendo Quatinus decimam antedictam plene *prout iuris* est *et consuetudinis* approbatae, conserues prelibatae ecclesie et defendas, non permittens quod in eadem dampnum ab aliquo sustineat, vel grauamen, mandatum nostrum in hac parte taliter adimplendo, vt proinde suam ad nos fratres ecclesiae non cogantur querimoniam reportare, et fidelitatis tuae studium debeamus merito commendare.

Datum anno Domini M.° CC.° XL.° septimo, XII. Kl. Ianuarij, Indictione quinta.

N. CXLV.

A. 1248. d. 9. Ian. INNOCENTIVS Papa IV. confirmat *traditionem Decimarum in Walacria* ab Episcopo Traiectensi factam Abbatiae Rijnsburgensi.

A. 1248. d. 9. Ian.

Ad Chart. a. 1247, supra p. 516.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburgensibus.)

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in christo filiabus. Abbatisse ac Conuentuj Monasterij de *Rinsburch* ordinis sancti Benedicti Traiectensis dioc. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum

tum est et honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis/ ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Cum igitur sicut exhibita nobis uestra petitio continebat/ venerabilis frater noster. *Traiectensis Episcopus* quasdam *decimas in Wallacria Traiectens. dioc.* ad eum pleno iure spectantes de sui assensu Capituli nobis et Monasterio uestro pia et prouida deliberatione duxerit concedendas prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos deuotionis uestre supplicationibus inclinati concessionem huiusmodi sicut pie ac prouide facta est et in alterius preiudicium non redundat/ ratam et gratam habentes ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum A. 1248. d. 9. Ian.

Datum Lugdun̄ v Id. Ianuarii Pontificatus nostrj Anno Quinto (1).

* * *

Appendet ex more Sigillum Plumbeum *Innocentii PP.* IIII.

(1) *Quinto*] Exstat et huius Chartae *Vidimus Volpaerdi Decani S. Pancrat. in Leiden* a. 1368. fer. 3. post Epiphan. i. e. d. 11. Ian. Est autem haec Confirmatio donationis Episcopi, supra p. 516.

N. CXLVI.

N. CXLVI.

A. 1248. M. Ian. IOANNES de Avesnes, et frater BALDVINVS, renunciant pro fratre GVIDONE omni iuri in terras *Zeelandiae*, quas nominatim recensent.

A. 1248. M. Ian.

Ad Excurs. VII. p. 213

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1094.)

* * *

Dedi hanc renunciationem inclusam Guidonis Chartae a. 1246. M. Iul. p. 504.

N. CXLVII.

A. 1248. d. 7. Iul. Pax inter MARGARETAM Com. Flandriae, et FLORENTIVM fratrem WILHELMI II. Com. Holl. Regis electi, Wilhelmi nomine inita, de *Homagio* pro Zeelandia Occidentali MARGARETAE Flandricae praestando (1).

A. 1248. d. 7. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 280, 288.

(Ex Originali *Vidimus* in Archivis Insulensibus.)

Nos Dei gratia cameracensis Episcopus Vniversis presentes Litteras inspecturis Salutem in Domino Noverit universitas vestra

(1) *Praestando*] Insignem hanc Chartam ex ditissimo suo Rerum Zeeland. thesauro benevole mecum communicavit Vir Ampl. IACOBVS VAN CIT-

tra quod nos Litteras FLORENTII fratris *comitis Hollandiae* de forma pacis initae inter Comitissam Flandriae et Hannoniae, et WILLELMVM filium eius *Comitem flandriae* ex una parte, et FLORENTIVM prenominatum ex altera, non cancellatas, non abolitas, vel in aliqua sui parte viciatas vidimus sub hac forma. A. 1248. d. 7. Iul.

Talis est forma Pacis inita inter *Comitissam* (2) *flandriae* et *Hannoniae*, et WILLELMVM filium eius *Comitem flandriae* ex una parte, et FLORENTIVM fratrem *Comitis Hollandiae* Electi in Regem Romanorum ex altera.

§. 1. Dictus FLORENTIVS promittit praedictis Dominae Comitissae, et eius filio, quod omnia Iura, quae antecessores sui Comites flandriae, tenuerunt et habuerunt in *terra Zelandiae* plenarie eis recognoscet, et etiam *homines Zelandiae* recognoscere faciet, et hoc tam ipse quam dicti homines *Zelandiae* iuramento firmabunt, et Litteras suas similiter de hoc servando dabunt. *Florentius agnoscit iura Flandriae.*

§. 2.

CITTERS, Vrbis Mediob. Consul. Eius titulus in Apographo sic habetur: „ Copie du Vidimus sous le Séel de „ Nicolas Evesque de cambray du „ Traitté entre *Margueritte* Comtesse „ de *Flandres* & *Guilliaume* son fils „ d'une Part, & *de Florent* frere du „ Comte de *Hollande* d'autre part, au „ sujet de la *Terre de Zelande*. „ Le Lendemain de l'Octave S^t. Pierre S^t. Paul 1248. „ Le Vidimus en Aoust 1249. ". Confudit autem MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 250. ineditam hanc cum altera ipsius WILHELMI d. 3. Aug. data. Vid. not. eius (2). Ob rerum autem momentum in suos distinxi Paragraphos.

(2) *Comitissam*] Nempe *Margaretam*.

A. 1248. d. 7. Iul. *Fideiubet pro fratre Rege.* §. 2. Et procurabit, quod dictus Dominus Rex (3) praedicta Iura Omnia, quae Domini et Comites *flandriae* tenuerunt et habuerunt *in Terra Zelandiae* tempore antecesſorum praedicti Regis, recognoſcet et confirmabit.

Dabit obſides. §. 3. Et de hijs omnibus conſummandis, dabit FLORENTIVS *obſides* (4) dictae Dominae comitisſae, quos ipſa domina comitisſa in ſua *priſonia* detinebit, donec praedicta omnia plenarie conſummentur, quibus conſummatis debent praedicti obſides liberari.

Gratiam Comitisſae implorabit. §. 4. Praeterea FLORENTIVS et aliqui de *nobilibus terrae* venient ad Dominam comitisſam, requiſituri gratiam ſuam et veniam, et FLORENTIVS debet ſe ponere in voluntate Dominae comitisſae, et ubi ipſa voluerit, et dum *Dux Brabantiae* Dominam comitisſam rogaverit liberare Ipſum, Ipſum Ducem debet exaudire et eum liberare.

Fratrem contumacem non iuvabit. §. 5. Et ſi contingeret, quod abſit, quod Dominus REX contra praedicta veniret in aliquo praeter quam de *homagio* Dominae Comitisſae faciendo, FLORENTIVS frater eius contra praedictam comitisſam, vel eius heredes in nullo, fratri ſuo Regi auxilium praeſtaret, et hoc tam ipſe quam homines terrae *Zelandiae* iurabunt et litteras Dominae Comitisſae ſimiliter de hoc tenendo dabunt.

§. 6.

(3) *Rex*] Praeſtitit hoc etiam Rex. Vid. d. 3. Aug. a. 1248.

(4) *Obſides*] Datos fuisſe hos Obſides, docet Charta d. 11. Aug. a. 1248. finis Chartae d. 3. Aug. et Charta *Petri de Zubburg* a. 1249.

§. 6. Ad haec FLORENTIVS reddet Dominae Comitisſae omnia *arreragia* (5) ſua, quae ei deficiunt ex terra Zelandiae usque in hodiernum diem recepta a fratre ſuo Rege vel ab ipſo vel a quocumque alio infra duos annos proximo venturos, et alia arreragia nondum recepta faciet intus venire ſecundum *conſuetudinem* hactenus ſervatam, firma pace et bona inter comitem flandriae et comitem Hollandiae exiſtente, et de dictis arreragiis infra praefatum tempus plenarie perſolvendis, obſides dabit FLORENTIVS ſufficientes Dominae Comitisſae qui penes ipſam remanebunt donec cautionem fecerit ei de predictis fideiusſoriam vel aliam ſufficientem. A. 1248. d. 7. Iul. *Dabit fideiusſores pro reditibus.*

§. 7. Dabit etiam FLORENTIVS Litteras, et iurabit, quod ſi terra Zelandiae quo quo modo ad ipſum deveniret, de ipſa terra *homagium* faceret Domino flandriae ſine contradictione. *Ipſe faciet homagium.*

§. 8. Ad haec promiſit FLORENTIVS, quod PETRVM DE SOVBBOVRC, EGIDIVM DE KOVDEKERKE, et omnes illos, qui cum eis de *terra Zelandiae* recesſerint (6), reponet in ſuas hereditates, et quitabit ab omni forefacto, quod erga Comitem Hollandiae usque in hodiernum diem perpetrarunt. Promiſit etiam dictus FLORENTIVS, et concesſit, quod ad inquiſitionem, quam faciet Domina Comitisſa, dictis PETRO et EGIDIO, et ſuis, omnia dampna ſua iniuste eis facta plenarie *Ignoſcet nobilibus.*

(5) *Arreragia*] De his vid. Chart. a. 1248. d. 11. Aug. n. 1.

(6) *Recesſerint*] Vid. ad a. 1250. d. 14. Iun.

A. 1248 d. 7. Iul. narie reddet ad dictum Dominae Comitisſae, De aliis autem dampnis reddendis, que *per legem* eis facta ſunt conſilio Dominae Comitisſae acquieſcet dictus FLORENTIVS, et ſtabit, et per tantum FLORENTIVS debet deliberare omnes illos, qui capti ſunt, et bona omnia eorum ſine custu (7) et quitare bona fide quo inveniri poterunt.

Papae confirmatio. §. 9. Item ſciendum, quod tam Dictus REX quam praefatus FLORENTIVS et homines *Zelandiae*, domino *Papae* ſupplicare tenentur infra annum proximo venturum, quod conventiones istas videlicet de recognitione et confirmatione iurium omnium, quae Domini et Comites *flandriae* habuerunt a Comitibus *hollandiae*, et tenuerunt in terra *Zelandiae* ſecundum conventiones preſcriptas et ſigillatas a *Comitibus Hollandiae*, confirmet, ita quod ſi contingat dictum Regem vel fratrem eius vel eius ſuccesſores, vel homines Zelandiae contra praedictas conventiones aliquando venire, quod abſit, terras eorum ſupponat interdicto, et perſonas eorumdem excommunicet, donec de iniuria Comiti flandriae fuerit ſatisfactum.

Rex faciet homagium. Preterea promiſit FLORENTIVS et homines *Zelandiae*, quod laborabunt ad hoc, quod dictus Rex Dominae Comitisſae de *homagio* terre Zelandiae faciendo ſatisfaciet competenter.

Sciendum est tamen quod ſi *Dux Brabantiae* ad preces dicti FLORENTII pro deliberatione ſua infra octo dies venire ad Do-

(7) *Custu*] i. e. impenſis. Vid. p. 336. (3).

Dominam Comitissam vel mittere nollet, Domina Comitissa ipsum Florentium ad propria permitteret libere remeare. A. 1248. d. 7. Iul.

Actum Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo octavo in crastino octavarum Petri et Pauli Apostolorum.

In cuius rei testimonium presentibus Litteris Sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo nono Mense Augusto.

* * *

Collationné sur ledit vidimus original en Parchemin scellé d'un sceau en cire jaune pendant a double bande de Parchemin estant au Tresor des Chartes de la Chambre des Comptes de Lille dans la Lajette, aiant pour Inscription *Zelande*, par nous Directeur & garde des Chartes de la ditte Chambre le 25. Mars 1709.

GODEFROY.

N. CXLVIII.

A. 1248. d. 26. Iul. **FLORENTIVS WILHELMI** Regis frater mandat fidelibus suis, ut *decimas de Zandijk* Abbati Mediob. vindicet.

A. 1248. d. 26. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 292. et 312. (b).

(Ex antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. xxiiij. in Archivis Camer. Ration. Zeel. Loculo 116-117.)

FLORENCIVS excellentissimj Principis Dominj, W. Dei gracia *in Regem* Romanorum *Electj* Germanus, dilectis fidelibus suis HVGONI filio TOLFF et WILLELMO filio TONIS et eorum coheredibus salutem. Quum SIMONE quondam *de Zandijc* sine *herede masculo* decedente decima quam idem S. ab Ecclesia beate *Marie* de *Middelburg* titulo homagij possidebat, ad dictam Ecclesiam *de jure* sit reuersa et per excadentiam deuoluta et *priuilegio* dominj nostrj *Regis confirmata* (1), vobis mandamus et sub obtentu bonorum virorum precipimus, quatenus Abbatem et Conuentum dicte Ecclesie de memorata decima pacifice et quiete gaudere permittamus.

Datum anno Domini M. CC. XL. oct. in Crastino Iacobi Apostoli.

(1) *Confirmata*] Est haec confirmatio Chartae d. 21. Dec. a. 1247. p. 521. Pro *permittamus* forte leg. *permittatis*.

N. CXLIX.

N. CXLIX.

WOLFARDVS Dominus de Maelftede largitur Monafterio *Ierufalem* prope *Biefelingen* XV. menfuras decimarum in pago Zuidbevelandiae *Capella*. A. 1248. M. Iul.

A. 1248. M. Iulio.

Ad Excurs. VII. p. 296. *et Cod. Dipl. d.* 21. *Aug. a.* 1248. *not.* (1).

(Ex Originali, cum Sigillo, in Monafterio S. Victoris Antverpiae.)

Ego WOLFARDVS dominus de *Malftede* Notum facio omnibus prefens fcriptum vifuris tam pofteris quam prefentibus quod ego contulj ob falutem anime mee · et meorum predeceſforum · quindecim menfuras decimarum iacentium in terra que dicitur *vronland* iuxta parrochiam *decapella* · priorisfe et conuentuj clauftri ihrlem prope *bifelingen* in perpetuum habendas · Si quando in dicta terra ad plenum recipi non poterunt Recipietur integritas earumdem in latere verfus orientem in terra que dicitur *vernauendregt* · et ultra usque ad plenum · Et vt hec noftra collatio rata habeatur nec aliquatenus poſfit infirmari a GERARDO filio meo · c̄ huic collationi mee confenfum adhibuit nec ab aliquo fuccesforum meorum prefens fcriptum feci confcribi in teftimonium prefcriptis priorisfe et conuentuj dicti

 clau-

A. 1248 M. Iul. clauftri . meo Sigillo Roboratum. Actum anno domini M. CC. XL. VIIJ. menſe . Iulio.

* * *

Appendet Chartae Pergamenae Sigillum in cera alba: Eques dextra gladium, in pectore Scutum Gentilicium gestans. His literis:

✠ S' WVL . . . . DIA.

N. CL.

A. 1248. d. 3. Aug. WILHELMVS Rex Romanorum, Comes Hollandiae, confirmat Pactum Heedenseanum d. 27. Febr. a. 1168. inter PHILIPPVM Flandriae, et FLORENTIVM III. Hollandiae Comites initum, quod confirmarant etiam LVDOVICVS *Comes de Los et de Hollandia*, WILHELMVS I., et FLORENTIVS IV. (1).

A. 1248. d. 3. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 214, 270, 281, 293.

(MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1035-1038. Et hinc MIER. *Charterb.* D. I. bl. 250.)

Ego WILLELMVS Dei gratia in *Regem Romanorum electus*, ſemper augustus, et *Comes Hollandiae*, notum facio omnibus tam

(1) Hanc Chartam MIERIS noster produxit ex MARTEN. *Anecd.* I. l. et ex duobus Chartulariis Camerae Feudalis Hollandiae, quibus nomen: *Archiv. Hannon.* et *Chartres d'Holl.* Proſcripſit tamen eam Vir Ampl.

tam futuris quam praesentibus (2), quod *Conventionem* illam et formam *Pacis*, quae facta est inter bonae memoriae PHILIPPVM *Comitem Flandriae* et FLORENTIVM proavum meum *Comitem Hollandiae*, sicut continetur in authentico scripto eorum, ratam habeo, et eam me firmiter et bona fide observaturum promitto; cuius quidem conventionis et Pacis tenor is est: A. 1248. d. 3. Aug.

[Sequuntur Pacti Tabulae, quas ex Authentico Brugensi supra accuratius dedi p. 184. sqq.]

Haec eadem vero approbarunt et confirmarunt LVDOVICVS (3) *Comes de Loës* et *de Hollandia*, WILHELMVS (4), *Comes*

Ampl. HVYDEC. in not. ad STOKE D. II. bl. 303. Ne quid igitur dubii de huius *Diplomatis*, tot e locis producti, variisque modis confirmati, *authentia* amplius supersit, paucis argumenta ponderabo; quorum prius hoc est: quod in recensione *Ludovici Comitis de Los*, *Wilhelmi I. Com. Holl.*, *Florentii Com. Holl. IV. patris Wilhelmi II.* qui omnes *Feudum Heedenseanum* agnoverunt, omittatur *Diedericus VII.* post *Florentium III.* Verum hoc argumentum, ex silentio desumtum, iam profligavi et illustravi EXCVRS. VII. Cap. IV. p. 296. sqq. Alterum petitur ex *nota Chronica*; data quippe dicitur Charta die 3. Aug. a. 1248. sed varia lectione d. 7. Iul. a. 1248. *Brugis*. Docet autem Vir D. Regem Wilhelmum Aquisgrani in obsidione Chartas dedisse *d.* 15. *Iunii*, et *d.* 3. *Septemb.* ex eoque concludit ad falsitatem huius Chartae. Sed hoc argumentum eo nititur fundamento, quasi, dum obsideretur Vrbs, intra 15. Iun. et 3. Sept. *Wilhelmus* alibi esse non potuisset. Sed confudit Vir D. una cum aliis duas Chartas diversae indolis. Vid. not. (7).

(2) *Notum facio tam futuris quam praes.*] Dubitat vir quidam doctus, num ista formula his temporibus fuerit usitata. Sed exstat iam ante in Charta HENRICI Ducis Lotharing. a. 1208. in BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. Preuv. p. 60. n°. 1. in Charta PHILIPPI Marchion. Namucens. a. 1209. ib. p. 61. n°. 1. Et in altera *Henrici* Ducis a. 1212. ib. n. 61. n. 2. Estque usitatissima hoc aevo formula, ut videri potest apud Rei Diplom. scriptores. Conf. supra p. 513.

(3) *Ludovicus*] Huius *Ludovicianae* confirmationis *Vidimus* supra excitavi ad d. 14. Oct. a. 1206. p. 320.

(4) *Wilhelmus*] De Wilhelmo I. vid. EXCVRS. VII. p. 272. supra p. 309. (23)

A. 1248. d. 3. Aug. mes *Hollandiae*, FLORENTII *Comitis Hollandiae* filius, avus meus bonae memoriae, FLORENTIVS (5) pater meus, prout in eorum literis continetur.

Omnia igitur subscripta, sicut praemissum est, approbo et confirmo, hoc salvo quod, prout concessum fuit a FERNANDO *Comite Flandriae* patri meo, nobilis domina M. *Comitissa Flandriae*, obsides (6) pacis, quos ipsa habebit de Zelandia, mihi recredet per litteras meas patentes, si quos voluerim, vel ipsi obsides fideiussores insitos constituent, vel penes ipsam remanebunt. Vt autem haec omnia rata et inconcussa in perpetuum permaneant, Sigilli mei auctoritate praesentem paginam corroboravi.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo feria secunda post Beati Petri ad Vincula (7).

(5) *Florentius*] Vid. Chartas supra p. 460-465.

(6) *Obsides*] De his *obsidibus* cautum erat in supra excitata Charta p. 463. §. 2. Cf. p. 526. sq.

(7) *Vincula*] Recte sic diem posuit Doctus MIERIS in Edit. bl. 250. pro quo MARTENE l. l. p. 1038. aliam habuit subscriptionem: *Actum Brugis feria post octavas Apostolorum Petri et Pauli anno Domini* MCCXLVIII. manifesto hanc confundens Chartam, cum alia, quam dedi p. 524. a. 1248. d. 7. Iul. Quod probatur etiam ex OLIVAR. VRED. *Geneal. Com. Flandr.* Probb. P. I. p. 246. qui hanc ipsam eodem excitat modo: *Datum anno* M. CC. XLVIII. *feria* 2. *post Beati Petri ad Vincula*. Vnde illustrantur, quae dixi p. 533. (1).

N. CLI.

N. CLI.

FLORENTIVS frater WILHELMI II. Com. Holl., Regis Rom. electi, agnofcit debitum L. 6000. et L. 1200. MARGARETAE Comitisfae Flandr. *pro arrieragiis* de terra *Zeelandiae*, et pro damnis PETRI DE SVBBVRG et AEGIDII DE KOVDEKERKE folvendum; quod debitum folvere promittit intra tempus conftitutum; adiectis aliis conditionibus ex formula Pacis antecedentis, d. 7. Iul. h. a. p. 524. initae, manantibus. Ad eam autem fummam folvendam obligat fua et fratris WILHELMI Com. bona. A. 1248. d. 11. Aug. N. 1.

A. 1248. d. 11. Aug. (1).

Ad Excurs. VII. p. 215, 294.

(Ex Originali in Archivis Camerae Infulenfis.)

Ego FLORENTIVS frater illuftris Viri WILLELMI dei gratia Romanorum *in Regem Electi Comitis hollandie* notum facio

(1) Perperam in ipfo EXCVRS. VII. hanc et fqq. Chartas excitavi ad d. 9. Aug. quod femel dixisfe, fufficiat. Haec autem Charta, hactenus incognita, una cum fequenti multa nos docet.

I. Ex promisfis FLORENTII fatis patet, vera esfe quae alibi dixi, *Florentium* abfente fratre Rege Hollandiam et terras eo fpectantes fratris vice et nomine adminiftrasfe.

II. Quum *arrieragia* de Zeelandia Flandris folvere promittat, idque postquam frater d. 9. Aug. *Feudum Heedenseanum* agnovit confirmavitque: patet, revera adhuc durasfe *Pactum* de posfidendo in commune.

III. Ex promisfa *arrieragii folutione* colligas, Flandros non amplius hac in terra fuos habuisfe *Quaeftores* feu *fisci curatores*; et Comitis Holl. fidei fuisfe relictum, ut dimidiam *redituum* partem ex Zeelandia folvendorum quotannis exhiberet. Vnde iterum fequitur aliud maioris etiam momenti, nempe: fi

A. 1248 d. 11 Aug. N. 2. cio universis presentes Litteras inspecturis quod Ego debeo illustri Domine MARGARETE *flandrie et haynonie* Comitisse septem milia Librarum et ducentas Libras, videlicet sex milia Librarum flandrensis monete pro arrieragiis suis de *terra Zelandie* et mille et ducentas Libras eiusdem monete pro dampnis PETRI DE SEBOVRC et EGIDII DE KOVDEKERKE et amicorum ipsorum que omnia promisi et iuravi solvere terminis infrascriptis predicte domine Comitisse, medietatem videlicet in festo apostolorum petri et pauli proximo futuro et aliam medietatem in festo eorumdem apostolorum postea proximo subsequenti, nisi de predicta summa sex milium Librarum aliquid forte contingat diminui per bonam computationem infra terminos memoratos: et in quantum de predicta summa pecunie per bonam computationem diminuetur in tantum ego et *plegii* (2) mei liberati erimus erga predictam Dominam Comitissam et eius successores de debito memorato sex milium Librarum: de mille autem et ducentis Libris pro PETRO DE SEBOVRC et EGIDIO DE COVDEKERKE et aliis amicis eorum debeo stare inquisitioni et consilio predicte Domine Comitisse sicut in Lit-

si *redituum curatores* a parte Flandrica non fuerint in Zeelandia; haud videri amplius alios adfuisse *iustitiarios* ac *terrae praesides* a parte Flandrica. Simplici enim hoc aevo haec munera nondum separatos habebant Officiarios. Immo hodiedum, qui in Zeelandia *Balivus* est, simul est *summus Quaestor*. Atque hinc facile caussa apparet sequentium paullo post contentionum §. 1—5. a. 1250. d. 19. Maii N. II. de *iactibus maris*, aliisque Controversiis.

(2) *Plegii*] i. e. fideiussores.

Littteris meis de forma pacis inter predictam Comitissam et me inite (3) plenius continetur. Et si contingeret, quod absit, quod predicta summa pecunie non solveretur ad plenum predicte domine Comitisse terminis suprascriptis, ego ad simplex verbum ipsius Comitisse omnes sumptus et dampna sua ei redderem plenarie cum ipsa summa pecunie memorata. hec autem omnia suprascripta me firmiter servaturum et impleturum promisi fide interposita et corporali prestito sacramento. obligans ad hec omnia tenenda me et bona mea et meorum universa. obligans etiam ad hec vice et *nomine* predicti Domini *fratris mei* omnia *bona ipsius* et suorum et ponens omnia bona sua et suorum et mea et meorum in abandonium predicte Domine *Comitisse* et successoris ipsius Comitis flandrie ut capiant ea et capi faciant sine contradictione et sine aliquo forefacto et offensa ubicumque ea poterunt invenire. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, in crastino Beati Laurentii.

A. 1248. d. 11. Aug. N. L. . . .

* * *

Collationné a l'Original en parchemin scellé du scel du dit Florent où il est representé à cheval tenant un oiseau sur la main gauche et les rennes de la main droite, avec cette inscription:

(3) *Inite*] Vid. d. 7. Iul. a. 1248. p. 525.

A. 1248. d. 11. Aug. N. I.

ption : *Sigillum* FLORENTII *de Hollandia*, sans contrescel étant dans la Tour des Chartes [ut supra p. 461.] a Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CLII.

A. 1248. d. 11. Aug. N. II.

FLORENTIVS frater WILHELMI II. Com. Holl., Regis Rom. electi, bona fide promittit, si residua pecuniae summa, sive *arrieragia*, excedat summam L. 6000., se excedentem etiam summam soluturum iisdem conditionibus (1).

A. 1248. d. 11. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 215, 294.

(Ex Originali, in Archivis Camerae Ration. Insulens.)

Ego FLORENTIVS *de hollandia* frater illustris viri WILLELMI *Romanorum in Regem electi* notum facio omnibus presentes Litteras inspecturis quod si arrieragia illustris Domine M.... *Comitisse flandrie* de *Zelandia* per bonam computationem inventa fuerint excrescere summam sex milium Librarum flandrensis monete de quibus sex milibus Libris ipsi fideiussores

(1) *Conditionibus*] Dedit huius Chartae particulam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 250. d. 10. Aug. ex OLIV. VRED. *Geneal. Com. Flandr.* Preuv. P. I. p. 247.

res conſtitui Ego teneor totam ſummam ſuperexcrescentem A. 1248.
ad plenum reddere predicte Comitisſe in terminis ſubnotatis, d. 11. Aug. N. 11.
medietatem ſcilicet in festo apoſtolorum petri et pauli proximo futuro et aliam medietatem in festo eorumdem apoſtolorum proximo ſubſequenti, et hoc promiſi me facturum fide interpoſita et corporali preſtito ſacramento et ad hoc etiam me obligo et omnia bona mea et meorum et obligo etiam ad hoc vice et nomine illuſtris Domini WILLELMI *Regis Romanorum*, *fratris* mei ſupradicti omnia bona ſua et ſuorum, ponens omnia bona ſua et ſuorum mea et meorum in abandonium predicte Domine Comitisſe ut ea capiat et capi faciat ſine forefacto et offenſa ubicumque ea poterunt inveniri. Donec ei de ſumma predicta ſuperexcrescente per bonam computationem et de ſumptibus et dampnis que ex defectu ſolutionis incurreret ad ſimplex dictum ſuum fuerit ſatisfactum. Datum anno Domini M°. CC°. quadrageſimo octavo, in crastino Beati Laurentii.

* * *

Collationné a l'Original dont le ſcel est perdu, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] a Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CLIII.

A. 1248. d. 11. Aug. N. 111.

IOANNES de Gandavo fideiubet pro FLORENTIO fratre Regis WILHELMI II. Hollandiae Com., de summa 7200. L. Flandr.

A. 1248. d. 11. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 292, 295.

(DU CHESNE *Preuv. de la Maison de Gand*, L. VIII. p. 481.)

IOANNES DE GANDAVO, Miles. Notum facio omnibus praesentes literas inspecturis, quod ego fideiussi pro viro Nobili FLORENCIO, fratre illustris Viri WILLELMI, Dei gratia Romanorum *in Regem electi*, *Comitis Hollandiae*, erga MARGARETAM *Flandriae et Hannoniae Comitissam*, ad septem milia et ducentas libras Flandrensium, quas praedictus Florentius debet solvere predictae Comitissae vel eius mandato et ordinationi, seu successori suo Comiti Flandriae *etc.* In Praedictorum autem testimonium praesens scriptum feci sigilli mei munimine roborari.

Datum *Brugis* (1), anno Domini MCCXLVIII. in crastino Beati Laurentii.

Scellé

(1) *Brugis*] Quum *Brugis* haec Charta data sit, facile persuadebo, priorem etiam datam Brugis. Adfuere igitur hoc tempore FLORENTIVS et frater WILHELMVS mense *Augusto* Brugis; *Wilhelmus*, ut pactum d. 7. Iul. initum d. 3. Aug. confirmaret; *Florentius*, ut res Zeelandicas in ordinem rediteret. Partem huius Chartae dedit MIERIS D. I. bl. 251.

* * *

„ Seellé d'un feel de cire verte, dans lequel est emprainct un Escusfon des „ Armes de Gand brisé d'une bende, & à l'entour se lisent ces mots: A. 1248. d. 11. Aug. N. 111.

„ ✠ SIGILLVM IOANNIS DE GANDAVO".

N. CLIV.

WOLFARDVS Miles Dominus de *Malstede* et GERARDVS heres ac filius eius *homagium* faciunt MARGARETAE Comitisfae Flandriae pro terra sua in *Zeelandia*, quam ab ea tenebant in feudum; promittuntque se servaturos *Compositionem et pacem*, factam [a. 1168. d. 27. Febr.] inter PHILIPPVM Comitem Flandriae et FLORENTIVM Comitem Hollandiae, *sicut continetur* in Charta D. WILHELMI C. Holl., electi Regis Rom. [a. 1248. d. 3. Aug.] Quod si Wolfardus iura Comitisfae in Zeelandia non tueatur, consentit, ut publicet Margareta omnia eius bona *in Hulst* et *Saftingen* (1). A. 1248. d. 21. Aug.

A. 1248. d. 21. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 219, 295. et Cod. Dipl. p. 509.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Insulens.)

Ego VLFARDVS *Miles Dominus de Malstede*, notum fieri volo omnibus presentes Litteras inspecturis quod cum Ego *feu-*

(1) *Saftingen*] Habetur huius Chartae mentio in V.D. DE GRIJPSKERKE *Descript. Zeeland. MS.* p. 124. [16]. Habetur etiam altera WVLFARDI

A. 1248. d. 21. Aug. *feudum* quem tenebam de illuſtri Domina MARGARETA flandrie et haynonie Comitisſa ipſi reſignasſem et ei meum homagium reddidisſem, ipſa tandem mediantibus probis viris et amicis meis michi reddidit ſupradictum feudum et de eo in ſuum *hominem* me recepit: ita quod ego et GERARDVS heres meus promiſimus predicte Domine Comitisſe fide interpoſita et corporali preſtito ſacramento quod nos nunquam de cetero erimus contra ipſam aut eius ſuccesſores Comites Flandrie nec contra iura ſua aut eius ſuccesſorum Comitum Flandrie veniemus, ſed contra omnem hominem *qui vivere posſit et mori* iura ſua et ſuccesſorum ſuorum Comitum flandrie pro nostris viribus defendemus et conſervabimus in *Zelandia* et ubique et expresſe *iura illa* que ſui antecesſores *in Zelandia* habuerunt et tenuerunt ſicut expresſum est in Litteris de forma compoſitionis et pacis que olim facta est inter illuſtres viros PHILIPPVM *Comitem flandrie* et FLORENTIVM *Comitem hollandie* et ſicut etiam in carta illuſtris viri Domini WILLELMI Romanorum *in Regem* electi *Comitis hollandie* continetur, et ſi forte contingeret, quod abſit, quod nos contra predicta in aliquo faceremus nos concesſimus et concedimus eidem Domine Comitisſe quod tota terra mea

DI de *Maalſtede* a. 1251. M. Ian. qua donat Capitulo B. M. Cortracenſi ius patronatus in *Hulst*, in A. MIR. *Opp. Dipl.* T. II. p. 1235. ex iisdem *Archiv. Cam. Rat. Inſulis.* Cf. A. MIR. T. III. p. 113. Add. ſupra p. 509.

mea et quidquid Ego VLFARDVS habeo seu possideo aut pos- A. 1248. d. 21. Aug.
sessurus sum in terra *de hulst* et in terra *de Chavetinghes* (2) sine aliquo alio iudicio sit totaliter in manu et voluntate predicte Domine Comitisse et eius successorum Comitum flandrie, si ei de plano constet per dictum suum et duorum hominum feudatorum suorum quod ego fecerim in aliquo contra predicta et volo quod terram meam et Bona mea predicta possideat et teneat totaliter tanquam sua, donec ad dictum eius et voluntatem satisfecero et emendavero forefactum et simili modo obligo me omnino et promitto me servaturum successoribus predicte Domine Comitisse, Comitibus Flandrie, post decessum ipsius et ad omnia predicta obligo meos in posterum successores. predicta etiam omnia iuravit GERARDVS heres meus se servaturum predicte Comitisse et eius successoribus Comitibus flandrie post ipsius decessum. ad omnia predicta se obligans totaliter sicut Ego. In predictorum autem testimonium presens scriptum tradidi sigilli mei appensione munitum. et Ego GERARDVS predicti VLFARDI filius et heres predicta omnia promisi me firmiter servaturum, fide interposita et corporali prestito iuramento me ad omnia supradicta secundum formam predictam totaliter obligans et meos etiam successores et in testimonium predictorum presentem Litteram sigilli mei impressione munivi.

Datum

(2) *Chavetinghes*] i. e. *Saftingen*, latus in Flandriae ora, nunc paene aquis notus locus, ad sinistrum Hontae fluv. obrutus.

A. 1248. d. 21, Aug. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo; feria sexta post assumptionem Beate virginis.

* * *

Collationné a l'Original en Parchemin dont les sceaux sont perdus, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] a Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CLV.

A. 1248. M. Sept. WILHELMVS II. Comes Holland., Rex Rom. electus, confirmat antecedentes FLORENTII fratris sui pactiones cum MARGARETA Comit. Flandr. initas, (ut supra habentur 2. Chartis a. 1248. d. 11. Aug.); ac fideiussores, quos FLORENTIVS constituit, indemnes se habiturum pollicetur.

A. 1248. M. Septembri.

Vidimus N. Episcopi Cameracensis, a. 1249. M. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 296.

(Ex Originali, in Archivis Camerae Rationum Insulens.)

N. . . . . Dei Gratia Cameracensis Episcopus presentes Litteras inspecturis in Domino, salutem. Noverit universitas vestra

vestra quod nos Litteras WILLELMI Dei Gratia Regis Romanorum semper augusti hollandie Comitis non cancellatas non abolitas vel in aliqua sui parte vitiatas vidimus sub hac forma: A. 1248. M. Sept. N. 1.

Nos WILLELMVS Dei Gratia Romanorum *in Regem electus* semper augustus *Comes hollandie* notum fieri volumus universis quod cum nobilis vir FLORENTIVS frater noster nobili Domine MARGARETE *flandrie et haynonie Comitisse* et eius successoribus comitibus flandrie vice sua nec non et *nomine* et vice nostra recognoverit iura sua, que antecessores sui in *terra Zelandie* tenuerunt et habuerunt, et ea promiserit observanda ipsi et eius successoribus Comitibus flandrie secundum formam que *in litteris* (1) super hoc confectis plenius continetur et predicte Domine Comitisse promiserit restituenda *arreragia* sua et de *sex milibus* Libris flandrensis monete eidem Comitisse persolvendis pro ipsis arreragiis (2) se nomine suo et nomine . . . . . et vice nostra obligaverit nisi de summa predicta per bonam computationem diminui possit et de *mille* et *ducentis Libris* eiusdem monete pro PETRO DE SEBOVRC et EGIDIO DE COVDEKERKE et amicis eorum reddendis eisdem secundum inquisitionem et consilium predicte Domine Comitisse sicut in Litteris predicti FLORENTII ple- l. *nostro.*

(1) *Literis*] Vid. d. 7. Iul. 1248.
(2) *Arreragiis*] Vid. d. 11. Aug. 1248. nº. 1, 2. p. 536. sqq.

A. 1248. M. Sept. N. 1. plenius continetur. Nos predicta omnia rata et firma habemus ficut facta funt a predicto FLORENTIO fratre nostro tanquam facta nomine nostro et vice nostra, et predicta omnia nos promittimus fervaturos per abandonium (3) nostrorum bonorum et hominum nostrorum promittimus. Infuper quod fi arreragia predicte Domine Comitisfe excrefcant fummam fex milium Librarum flandrienfis monete per bonam computationem: nos predicte Domine comitisfe totum quod excreverit perfolvemus per abandonium bonorum nostrorum et bonorum hominum nostrorum ficut in Carta FLORENTII fratris nostri plenius est expresfum. promittimus et quod nos fideiusfores quos pofuit FLORENTIVS erga predictam Dominam Comitisfam indempnes confervabimus et ratum et firmum habemus quod FLORENTIVS frater noster pofuit in abandonium eisdem plegiis bona fua et fuorum et nostra et nostrorum fi dampnum incurrerent ex fideiusfione fupra dicta. In predictorum autem testimonium prefentes Litteras tradidimus figilli nostri impresfione munitas. Datum anno domini millefimo ducentefimo quadragefimo octavo menfe feptembri.

In

(3) *Abandonium*] Vox istius aevi pro Gall. *abandonner*, orta ex vocula *a*, et *bandon* pro *bandum* vel *bannum*, i. e. *profcriptio* vel *publicatio*, teste DV CANGE Gloss. in Voc. T. I. p. 10. vel, ut CARPENTIER Gloss. T. I. p. 4. accuratius, pro Gall. *Hypothequer*, *donner pour caution*. Totius autem Chartae argumentum posteriorem hanc notionem unice probat.

In cuius rei testimonium presentes Litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono mense augusto. A. 1248. M. Sept. N. t.

* * *

Collationné au vidimus Original en Parchemin scellé du scel du dit Evêque étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy a Lille par nous Ecuier, Seigneur de Maillart, Directeur et Garde des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy a Lille le 10. May 1776.

GODEFROY.

N. CLVI.

A. 1248. M. Sept. N. 11. MARGARETA Flandriae Comitissa, quum ab Rege Wilhelmo petiisset, ut HOMAGIVM de terra Zeelandiae de more maiorum sibi faceret, intercessione P. S. Georgii Apostolicae sedis his in terris Legati, homagii procrastinationem Wilhelmo indulserat. Hanc igitur procrastinationem declarat WILHELMVS non fore in praeiudicium iuris Margaretae, neque heredum; immo successores suos atque heredes Comitatus Holl. fore obstrictos, ut hoc *homagium de terra Zeelandiae* praestent, et reliqua iura agnoscant; ex Pacto PHILIPPI Com. Flandr. et FLORENTII Com. Holl. proavi sui [a. 1168.], quod Pactum iterum confirmat; nihilque Hanc homagii dilationem prohibere, quo minus MARGARETA id ab WILHELMO deinceps exigat.

A. 1248. Mense Sept.

Vidimus NICOLAI Episcopi Cameracensis.

Ad Excurs. VII. p. 297.

(Ex Originali, in Archivis Camerae Ration. Insulens.)

N. Dei Gratia *Cameracensis Episcopus*, universis presentes Litteras inspecturis, salutem in Domino. noverit universitas vestra quod nos Litteras WILLELMI Dei Gratia *Regis* Romanorum semper augusti *hollandie Comitis* non cancellatas non abolitas vel aliqua sui parte vitiatas vidimus sub hac forma:

Nos WILLELMVS Dei Gratia Romanorum *in Regem Electus*

ctus semper augustus *Comes hollandie* notum fieri volumus uni- A. 1248.
versis, presentes Litteras inspecturis quod cum nobilis Domi- M. Sept. N. 11.
na MARGARETA *flandrie et haynonie Comitissa* a nobis instanter exigeret quod ei faceremus *Homagium* de *terra Zelandie*, quam nos et nostri antecessores de suis antecessoribus Comitibus flandrie tenuimus *in feudum* ad preces venerabilis patris Domini Petri sancti Georgii ad velum aureum Dyaconi Cardinalis sedis Apostolice Legati placuit predicte Comitisse quod sustineret et differret ad voluntatem suam et placitum suum videlicet Domine Comitisse *de homagio* supradicto a nobis exigendo seu requirendo, et nos predicte Comitisse recognoscimus quod ista *sustinentia* non faciat ei aliquod preiudicium aut suis successoribus Comitibus flandrie, quin potius volumus et declaramus quantumcumque predictam Comitissam contingat sustinere *de homagio* a nobis exigendo, successores tamen nostri quicumque post nos *Comitatum hollandie* tenuerint sive sint heredes de carne nostra sive alii successores tenebuntur predicte Comitisse et eius successoribus Comitibus flandrie facere *homagium* de terra *Zelandie* et alia iura sua eis recognoscere et observare sicut in Carta (1) illustrium virorum PHILIPPI quondam Comitis *flandrie* et FLORENTII quondam Comitis *hollandie* proavi nostri, quam nos etiam innovavimus, plenius est expressum. Volumus autem et profitemur quod propter istam

(1) *Carta*] Vid. p. 184. sqq.

A. 1248. M. Sept: N. 11. tam ſustinentiam ſeu dilationem homagii a nobis exigendi nichil obſtare vel deperire posſit predicte Comitisſe quin in *eodem ſtatu exigendi* a nobis *homagium* in quo ad preſens exiſtit et in quo ante hoc erat, et idem ius habeat exigendi a nobis predictum *homagium*, quod ante hoc habebat, et idem cognoscimus de eius ſuccesſoribus Comitibus flandrie post ipſius deceſſum.

In predictorum autem testimonium preſentes Litteras tradidimus ſigilli nostri impresſione munitas. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo menſe ſeptembri.

In cuius rei testimonium preſentibus Litteris ſigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono menſe augusto (1).

* * *

Collationné au vidimus Original en Parchemin ſcellé du ſcel du dit Evê-

(2) *Augusto*] Facile viſu est, hanc Homagii ampliationem a WILHELMO Rege honoris tantummodo cauſſa factam esſe, quia abſurdum putabat, ut qui, tamquam REX, Margaretam his investire bonis deberet, tamquam COMES HOLL. pro iisdem Margaretae Homagium faceret. Quae igitur hac de re ex M. STOKE *Chronic. Vernac. Rhythmic.* (B. III. vs. 1016.) D. II. bl. 78. de Wilhelmo in EXCVRS. VII. p. 309. excitavi, vera quidem ſunt, ſed ad hoc tempus referenda. Nihil hic dicam de nota Viri docti ad STOKII vs. 1029. p. 78. et p. 568. ubi ſatis imprudenter: *'t Geen wy hier leezen, dat* WILLEM *gezeid zou hebben, heeft hy noch geſchreeven noch bezegeld.* Quam vera haec, docet hoc Diploma. Salvo autem hoc *Homagio* agnoſcit ſatis firmiter ius Margaretae in bona ſeu terras Zeelandiae, et homagium pro iis praeſtandum.

Evêque étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] a Lille le 9. May 1776. A. 1248. M. Sept. N. 11.

GODEFROY.

N. CLVII.

WILHELMVS Rex Roman. Comes Holl. imitatus parentem bona Abbatiae *Thoſanae* iuxta *Brugas*, in *Zeelandia* et alibi ſita, ab omni petitione immunia declarat. A. 1248. d. 5. Dec.

A. 1248. d. 5. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 298.

(MIRAEI *Opp. Dipl.* T. II. p. 1324 et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 154.)

WILLELMVS Dei gratia *Rom. Rex* et ſemper Auguſtus, univerſis Imperii fidelibus quibus hae Litterae oſtenſae fuerint, gratiam ſuam et omne bonum.

Noverint tam praeſentes quam futuri, quod nos de providentia conſilii noſtri Eccleſiam de *Thoſan* ciſtercienſis ordinis nec non perſonas Deo creatori noſtro ibidem militantes, ad imitationem Genitoris noſtri FLORENTII clarae memoriae, cum omnibus bonis ſuis per *Comitatum Hollandiae* conſtitutis ſub noſtram et Imperii protectionem recipimus ſpecialem.

In-

A. 1248. d. 5. Dec. Insuper omnes terras quas *in praememorato Comitatu*, five *in Zelandia*, *five alibi posfident*, quocumque tempore eas acquifiverint, *a tallia*, *a fcoto*, *a petitione* qualibet, quacumque occafione fiat *petitio*, et quocumque nomine vocitetur, liberas dimittimus et concedimus perpetuo liberas permanere. —— —

De terris autem quas acquifiverint de cetero, in quocumque Officio fuerint, hanc gratiam damus et concedimus Ecclefiae et perfonis antedictis, ut quandocumque terrae nostrae per *Zelandiam* tallias vel precarias conferunt, ipfi de terris fuis iam dictis cum receptoribus talliarum ac *Ballivis* nostris debeant computare et ftatutam a nobis talliam et non ultra, fine augmento aliquo, non obftante contradictione *Scoltetorum*, perfolvere teneantur. —— ——

Omnem etiam terram quam in Dominio nostro per *Hollandiam* vel *Zelandiam* posfident, videlicet *Crabbendijck* cum pertinentiis fuis, *Monfterhoc*, *Bomna*, *Osthoc* (1), terram de *Greda* in quatuor Officiis *Flandriae* cum fuis appendentiis tam *moro* quam *Morshoft* infra et extra *Dikum*, ficut hactenus legitime posfederunt, ipfis Regio Patrocinio confirmamus.

—— —— —— —— —— ——

Datum anno Domini M. CC. XLVIII. Sabbato infra Octavas, Sancti Andreae Apoftoli. In castris apud *Warden*.

(1) *Osthoc*] De his vid. p. 265.

N. CLVIII.

N. CLVIII.

WILHELMVS *Rex Romanorum* Com. Holl. in Comitiis Maguntinis adiudicat *Comitatum Namurcensem* IOHANNI DE AVESNIS, qui ALEIDEM Wilhelmi Com. sororem duxerat. A. 1249. d. 27. Apr. N. 1.

A. 1249. [non 1248.] d. 27. Apr.

Ad Excurs. VII. p. 216, 301.

(MARTENE et DVRAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1032. hinc apud MIERIS *Charterbock* D. I. bl. 247.)

WILLELMVS Dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus, universis Imperii fidelibus —— — —. Quod constitutus coram Nobis ac Principibus et Magnatibus Imperii carissimus *sororius noster* IOHANNES DE AVESNIS, primogenitus *Comitissae Flandriae et Haynoniae* proposuit nostrae celsitudini graviter conquerendo, quod, cum ipse nobis in sublimatione electionis nostrae cum aliis Principibus et Magnatibus, *de Comitatu Namurcensi*, quem ab Imperio et a Nobis *titulo feudi* possidet, *legium et debitum* fecerit *homagium*, BALDVINVS Imperator Constantinopolitanus, qui eumdem Comitatum ab ipso tenere debuit, postquam idem IOHANNES nobis de ipso fecit *homagium*, et ipsi IOHANNI tale homagium facere, quale dictum feudum requirebat, illud feudum, scil. dictum Comitatum Namurcensem infra annum et diem, *prout moris et iuris est*, nec per se nec per alium requisivit, nec de ipso fecit, quod debuit. Ad haec tam principibus, quam nobis gravius con-

A. 1219 d. 27. Apr. N. I. quaeſtus est praefatus IOHANNES, quod BALDVINVS *Imperator Castrum Namurcenſe*, et omnes fortacias ac poſſeſſiones, eidem castro et Comitatui attinentes, ſine aſſenſu et voluntate ipſius IOHANNIS, qui praefati Comitatus heres erat, ſicut ille, a quo teneri debebat, cariſſimo fratri et amico nostro LVDOVICO *Illuſtri Regi Franciae* per mutuum et cuſtodiam obligavit, castri et Comitatus praedictorum eum conſtituens poſſeſſorem. Quae omnia, ut predicta ſunt, dictus IOHANNES manu propria, et per testes idoneos legitime comprobavit, et ſuper hoc petiit a nobis, ut eidem per principes et homines nostros de Imperio, quod ius exigit, faceremus. Nos enim, qui vidimus, et inſpeximus, quod HENRICVS bonae memoriae anteceſſor noster, et nos numquam habuimus alium hominem de praedicto Comitatu praeter dictum IOHANNEM, principes et homines nostros de Imperio requiſivimus, ut ipſi de iure dicerent, quid eſſet dicto IOHANNI ſuper hoc faciendum. Principes autem magnates et nobiles Imperii, quorum intererat, a nostra celſitudine requiſiti, hoc tulerunt Iudicium, et dederunt, quod ab omnibus communiter extitit approbatum, quod idem IOHANNES, qui dominus est feudi, auctoritate nostra et auctoritate iudicii per principes et homines nostros et Imperio prolati castrum, Comitatum, fortacias, et omnia bona, praelibato feudo attinentia de pleno iure ſuis potest et debet uſibus vendicare, et tamquam ſua propria perpetuo poſſidere,

dere, et hoc de iure dicentes dictum Comitatum praefato B. Imperatori et suis heredibus abiudicaverunt, et saepedicto IOHANNI adiudicaverunt. A. 1249. d. 27. Apr. N. 1.

Quapropter mandamus universis et singulis infeudatis tam nobilibus quam ministerialibus et castellanis ac hominibus, cuiuscumque conditionis fuerint, saepedictis Comitatui et castro attinentibus, nostra et Imperii auctoritate districte praecipientes, ut, quemadmodum principum, magnatum et nobilium dictavit iudicium coram nobis, saepefato IOHANNI *de Avesnis*, tamquam vestro domino intendatis, et respondeatis ad plenum, recipientes ab ipso feuda vestra, Officia et honores seu quaecumque alia bona, quae quondam a *Comitibus Namurcensibus* hactenus tenuistis, tale sibi homagium, quale debent, facientes. Quod qui facere recusaverit, ex iure lati iudicii, ac de nostra licentia et mandato, saisire poterit et habere et singula universa feuda, quae a castro et Comitatu praenominatis hactenus possedistis. Et postquam ipse saisitus fuerit, omnes infeudati in dicto Comitatu debent ab ipso requirere feuda sua infra annum et diem; quod si non fecerint, ex tunc ipsa tamquam sua propria licite poterit possidere. Vt autem hoc iudicium, rationabiliter latum et ab omnibus approbatum, ratum permaneat in posterum et inconvulsum, praesentem litteram conscribi et sigillo nostrae serenitatis iussimus insigniri. Testes hii sunt:

Aaaa 2 Vene-

A. 1249. d. 27. Apr. N. 1. Venerabilis Trevirensis Archiepiscopus.

H. Venerabilis Spirensis electus Imperialis aulae Cancellarius.

Hermannus Comes de Henneberg.

Emico Comes de Linigen.

Emico Comes Silvester.

Conradus Comes Irsutus.

Nobiles viri Godefridus de Eppenstein.

Reinhardus de Hagnowe.

Anselmus Marescallus de Iustingin.

Wernherus dapifer de Bonlandia.

Wernherus pincerna, filius eius.

Wolricus Camerarius de Misemberg.

Godefridus de Biegen, et alii quam plures.

Actum apud *Maguntiam* anno Dom. MCCXLVIII. V. Cal. Maii, Indictione VI. (1).

(1) Recte vidit Vir Ampl. HUYDEC. ad STOKE, Deel II. bl. 303. legendum hic esse MCCXLVIIII. — Indict. VII. Quod tamen non facile probaveris ex eo, quod IOHANNES vocetur eius *sororius*; vide *not.* ad Probb. p. 512. Docet id titulus *Regis*, quem d. 1. Nov. 1248. demum cepit. Adde quod BALDVINUS hic dicatur per *diem et annum* neglexisse *feudum* ab *Iohanne* relevare. Iohannes ipse id relevarat post Regem d. 3. Oct. 1247. electum; adde intercedentem *Annum et diem*, diversaque itinera, sic annus 1248. *mense Aprili* subsistere non posset. Idem dicendum de seq. Charta. Quae enim post illam sequitur, recte habet a. 1249.

N. CLIX.

N. CLIX.

WILHELMVS Rex Romanorum mandat nobilibus et subditis *Comitatus Namurcensis*, ut IOHANNEM DE AVESNIS Dominum legitimum accipiant. A. 1249. d. 27. Apr. N. 11.

A. 1249. [non 1248.] d. 27. April.

Ad Excurs. VII. p. 216.

(Ex MARTENE l. l. p. 1034. MIRAEI l. l. p. 148.)

WILLELMVS Dei gratia Romanorum Rex S. A., dilectis — — —.

Cum per principum et magnatum et nobilium Imperii, quorum intererat, sententiam generalem ab omnibus approbatam BALDVINO Imperatori Constantinopolitano *Comitatus et castrum Namurcense* et omnia his attinentia abiudicata sunt, ex eo, quod ab ipso, a quo eadem bona titulo feodi possidere debebat, scilicet de carissimo sororio nostro IOHANNE DE AVESNIS primogenito *Comitissae Flandriae et Haynnoniae* infra annum et diem, pro ut moris et iuris est, requirere noluit et contemsit, ad haec quod ipsum Comitatum et castrum cum omnibus pertinentiis suis absque consensu et voluntate eius, a quo tenere debebat, et alia bona carissimo fratri nostro et amico L. *Illustri Regi Franciae* pignori obligavit. Mandamus igitur — — — — —

N. CLX.

A. 1249. d. 27. Apr. N. 111. WILHELMVS Rex Rom. sorori ALEIDI et eius marito IOHANNI DE AVESNIS concedit Feudum, quod Comites Hollandiae a Regibus *Scotiae* tenebant.

A. 1249. d. 27. April.

Ad Excurs. VII. p. 216.

(Ex *Curia Feudali Holl.* MARTEN. et aliunde, MIERIS *Chartrb.* D. I. bl. 249.)

WILLELMVS -- -- -- *Feudum ac Terram*, quam progenitores nostri, Comites Hollandiae, a Domino Illustri *Scotorum* Rege et suis progenitoribus hactenus tenuerunt, karissimae Sorori nostrae ALEYDAE, ac illustri Viro IOANNI *de Avesnes*, filio *Comitissae Flandriae* et *Hannoniae*, Marito eius in connubium duximus conferendum, volentes, quod ipsa soror nostra et heres suus, etiamsi dictum IOANNEM praemori contingeret, prelibatam terram libere tenere debeat, et perpetuo possidere, hoc scilicet pacto interposito et condicto, ut non liceat eis vendere ipsam terram, aut aliqualiter alienare, nisi manu nostra et assensu super hoc plenius requisito. Igitur ne super iis quaestio aliqua possit in posterum, aut alicuius dubitationis scrupulus suboriri, presentes litteras sigillo nostrae serenitatis iussimus communiri.

Datum

Datum apud *Maguntiam* anno D. millesimo ducentesimo quadragesimo nono, quinto Kal. Maii, Indictione sexta [L. VII.] (1). A. 1249. d. 27. Apr. N. III.

(1) Vid. not. ad penultimam Chartam p. 556. Excitavi autem EXCVRS. VII. p. 298. Chartam EVSTACHII Nob. ad a. 1249. M. Maio, inductus in errorem ab MIERIS D. I. bl. 249. qui Belgice a. 1248. dedit, quam exhibui Latine a. 1246. supra p. 506.

N. CLXI.

Papa INNOCENTIVS IV. dehortatur WILHELMVM Regem Rom. et Comitem Holl. a molimine contra BALDVINVM Comitem Flandriae, cui Comitatum Namurcensem ademerat datum fratri IOANNI. A. 1249. d. 26. Aug.

A. 1249. d. 26. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 213, 301.

(Ex Archivis Namurcensibus. *Chartr. de Namur*, Chap. I. littera A. Cotté 41.)

NOS ABBAS MALONIENSIS Decanus et Capitulum Ecclesiae Sancti *Albani Namurcensis* notum facimus universis presentes Litteras inspecturis, quod nos vidimus Litteras Domini Pape non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui viciatas, et verbo ad verbum legimus sub hac forma:

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio W. Illustri *Regi Romanorum* salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte carissimi in Christo filii nostri Illustris

A. 1249. d. 26. Aug. lustris Imperatoris Constantinopolitani fuit propositum coram nobis quod eo dudum se in succursum Constantinopolitani Imperii de nostra licentia transferente cum ipso vel ei vicario * non nominato nec citato super Comitatu et terra *sua Namurcense* quod sub nostra et apostolice sedis protectione consistunt ad instantiam Nobilis viri IOHANNIS *de Ayenis* quedam sentenciando statuisse diceris que noscuntur in eiusdem Imperatoris preiudicium modicum redundare Cum igitur ab eiusdem Imperatoris molostiis eo magis te ac alios quoslibet[a] catholicos principes abstinere deceat quo idem ad relevandum miserabilem statum ipsius Imperii anxius elaboras[b]: serenitatem tuam rogamus attente quatenus super hoc taliter tua celsitudo provideat, ut iniuste ipsius Imperatoris iustitia ex tua sententia non ledatur: Datum *Lugduni* VIJ. Kl. Septembris Pontificatus nostri anno septimo.

* f. clam ipso vel eius vicario.

* * *

Embas sont appendus deux seaus en cire blanche, Concorde à l'Original réposant dans les Archives du Conseil de S. M. à Namur.

DE POSSON Greffier adjoint du dit Conseil.

a MS. qualibet. b MS. elaborat.

N. CLXII.

N. CLXIII.

MACHTILDIS FLORENTII IV. vidua, WILHELMI II, Reg. Rom. et Com. Holl. mater, confert Abbatiae Rijnsburg. pro anniverfario mariti fui, Eleemofymam V. Libr. Holl. A. 1249. M. Dec.

A. 1249. M. Dec.

Ad Cod. Dipl. a. 1258. *d.* 22. *Febr. et a.* 1317.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

Ego ·M· *Comitisfa Holland̄* et mater domini W· dei gracia *romanorum regis* notum facio omnibus hominibus prefentem paginam vifuris vel audituris quod conuentuj de *rinfeborch* contuli in puram et perpetuam elemofinam pro anniverfario viri mei F· quondam *Comitis Helland̄* et mej quinque libras holland̄ quarum duas annuatim recipere debent a domina abbatisfa *losdunis* · reliquas vero tres annuatim recipiant fuper terram quam dominus I· dictus *mus* a nobis tenuit que jacet in loco qui dicitur *odenborgemade*. Quod fi predicte pecunie aliquem patiantur defectum firmiter volumus hac prefente carta confirmamus quod eundem defectum in reditibus nostris de *gīs* in brabant̄ eis plenarie fupplebimus· Datum anno domini M°· CC°· XL°· IX°· menfe decembrj.

* * *

Sigillum periit.

N. CLXIV.

A. 1249. N. I. PETRVS DE SVBBVRG obſidem ſe fore et in *Flandria* moraturum promittit pro Comite Hollandiae ſuper controverſiis Zeelandicis (1).

A. 1249.

Ad Excurs. VII. p. 292.

(1) *Zeelandicis*] Habetur huius Chartae fideiusſoriae mentio apud V. Ill. IACOB. VAN GRIJPSKERKE MS. *Deſcript. Zeeland.* p. 158. ubi ſic: „*In de Chartres van Vlaenderen* „*te Rypermonde* is een Acte, by de- „welke blykt, dat PIETER VAN „ZOUBURG als Ostagier verbleef in „Vlaenderen a. 1249. voor den Grae- „ve van Holland en Zeeland; over „de disputen van Zeeland Bewester- „ſcheld". Hanc tamen videre non licuit. Occurrit ille PETRVS iterum in Zeelandia, infra p. 566.

N. CLXV.

A. 1249. N. II. Capitulum S. IOHANNIS Trai. vendit fratribus *de Wachtendonk* bona ac decimas in *Geiſeren*, tenenda titulo feudali, ſub variis conditionibus.

A. 1249.

Ad Cod. Dipl. p. 199.

(Ex Originali in Archiv. Capituli S. Iohann. Traiectens.)

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS AMEN. GOZVVÍNVS electus traiecteñ · *prepoſitus* eccleſie beati *Iohannis* · totusque conuentus loci eiusdem omnibus preſen-

ſentem paginam intuentibus eternam in dn̄o ſalutem. Felix A. 1249.
est ſcripture cuſtodia · emergentibus enim occurrit calumpniis N. 11.
et terſa obliuionis nebula rerum ſeriem nuda loquitur verita-
te. Nouerint igitur tam preſentes quam futuri · quod eccleſia
noſtra ſcilicet eccleſia beati iohannis in traiecto · quedam habe-
bat bona cum decima quadam ſua in *parrochia de geiſeren* · Co-
lon. dioc̄. que cum propter loci diſtantiam . expenſaſque per
nuncios pro prouentibus eorum faciendas · forent nobis minus
utilia · fructuſque modicus noſtre eccleſie prenominate de ipſis
deriuaretur · *vnanimi conſilio* · et *communi conſenſu* · uendidimus ea ·
GODEFRIDO et SVETHERO · militibus · dictis de *wacthen-
dung* · pro · C · XXX · marcis · ſub forma ſubſcripta · ut de pecu-
nia prenominata vtilitatem maiorem eccleſie noſtre disponere-
mus · eſt autem forma talis · quod milites ſupradicti · G · et S · de-
cimam de bonis dictis ſingillatim cum *iure patronatus* eccleſie
de *geiſeren* memorate · a me GOZVVINO electo traiecteñ · pre-
poſito ſancti iohannis · *in feodo* receperunt · non alia ſed prepo-
ſiture ratione · et quam diu uiuant ipſi et uxores eorum · quiete
et libere in feodo poſſidebunt · poſt obitum autem ipſorum he-
redes ſui viciniores · ſiue ſint maſculi ſiue femine · de preſcri-
ptis . decima iureque patronatus non poſſunt exheredari · ſed ſine
exactione pecuniali in ipſos facienda · et ſine exceſſu uel iure alio
ab ipſis requirendo · quandocunque requirunt · ſiue infra annum
ſiue poſt · et hoc propter locorum diſtanciam · ſi forte ſunt *in-*

A. 1249. *fra annos discretionis* · uel alio aliquo occupati inpedimento · a
N. II. preposito nostre ecclesie, scilicet beati iohannis · sibi tam decima quam ius patronatus memoratum in perpetuum *pro feodo* porrigentur · et ipsi preposito *talentum monete* traiecten̄ amministrabunt · et hec fient sine utriusque partis contradictione · si autem prefati milites · G · et S · quam diu uiuunt aliquibus suis heredibus eandem decimam · et ius patronatus porrigi deposcunt · hoc fiet ipsis sine pecunie requisitione · Alia autem bona qualiacunque · vbicunque sita in parrochia de *geiseren* · cum *hominibus* ad ipsa spectantibus ubicunque morentur · et cum omni iure de bonis prefatis descendente vendidimus iisdem militibus · sibi ac suis heredibus pro *libero allodio* in perpetuum possidenda · Vt autem hec firma permaneant et inconvvlsa · nulliusque presumptu vel ignorancia reuocentur · presentem paginam fecimus conscribi · ac *sigillorum meorum* · GOZVVINI scilicet electi traiecten̄ · quod habebam *ratione electionis* · quod habebam *ratione prepositure* ecclesie beati iohannis · ac sigilli totius *conuentus nostri* · eiusdem ecclesie beati iohannis inpressione communiri · Nulli igitur hominum omnino liceat huic facto contradicere · sed omnis contradictor eiusdem · odium dei omnipotentis incurrat perpetuoque anathemate innodetur · Acta sunt hec anno dominice incarnationis · M° · CC° · XLIX° · presentibus ·

Engelberto Matheo ·

Iacobo ·

theo-

theoderico · A. 1249. N. 11.
egidio ·
theoderico ·
heinrico ·
Giskino ·
Arnoldo ·
Hermanno ·
Winando ·
Stephano ·
canonicis ecclefie nostre ·
Arnoldo de Scalkwig ·
Adam de palude ·
Gerhardo de vegthe · feodalibus ecclefie beati iohannis ·
bernardo · de dolren ·
ftephano de fulen ·
Gisfelberto marfcalco ·
ftephano pincerna ·
love de rucle ·
Stephano de wig ·
erneste de wolven ·
gifelberto fratre eius · et aliis multis (1) ·

Appen-

(1) *Multis*] Habetur in huius Chartae dorfo: *De bonis et decima in geyferen venditis illis de Wachtendonck per Capitulum nostrum* 1249. Et alibi: *Nunc bona in Tfelfteyn*. Habet in fuprema parte membranae inferiorem partem vocis *Cirographum*; de qua vid. p. 199.

* * *

A. 1249. N. 11.

Appendent tria Sigilla ſatis integra.

1. GOZWINI electi, ſtantis figura cum bibliis et palma, his litt.

✠ S' GOZWINI ELECT .... ITRAIECTENSIS.

2. GOZWINI eadem figura:

✠ S' GOZWINI PREPOSITI SANCTI IOhANNIS IN TRAIECTO.

3. Sigill. Capituli: *S. Iohann. Baptista* cum umbella.

S̄ IOHANNES BAPTISTA.

N. CLXVI.

A. 12⁴⁹⁄₅₀. d. 17. Febr.

SYMON *de Harlem*, Balivus Zelandiae, PETRVS *de Zubburg*, aliique Nobiles, arbitri ſedent in controverſia ſuper bonis Abbatiae Medioburgenſis ipſi in *Westſubburg* olim donatis a PHILIPPO Comite Flandriae et FLORENTIO III. Comite Hollandiae.

A. 12⁴⁹⁄₅₀. (1) d. 17. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 291.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. XVI. in Archivis Cam. Rat. Zeeland. Locul. 116 - 117)

Nouerint vniuerſj tam preſentes quam futurj, ad quos preſens ſcriptum peruenire contigerit, quod cum quedam controuerſia

(1) Quia ſequens Charta, ad hoc Arbitrium ſpectans, a. 1250. M. Febr. adiectam habet *Indictionem Octavam*, quae certe nota est anni 1250. hinc istam ad eumdem annum collocavi; corrigatur igitur error in a. 1249. d. 25. Febr. EXCVRS. VII. p. 291. qui nunc est d. 17. Febr. a. 1250.

uerfia de quibusdam rebus verteretur inter viros Religiofos, A. 12⅗. d. 17. Febr.
Abbatem fcilicet et Conuentum Beatae Mariae in *Middelburg* ex vna parte, et Dominum SYMONEM, Militem *de Zubburgh* ex altera, tandem de communi confenfu partium compromisfum est in arbitros, videlicet Dominum SYMONEM Militem *de Harlem*, tunc temporis *Balliuum Zelandie*, PETRVM filium WILLELMI *de Zubburg*, et HVGONEM *Sculthetum de Butthinghe*, WILLELMVM prepofitum *vallis Sancte Marie*, et W. *Suppriorem de Middelburg*, quj arbitrj dictam caufam fentenciando ordinaverunt in hunc modum, quod Abbas et Conuentus predicté Ecclefie perpetuum in *Officio de Westzubburg* ex collatione Domini PH. quondam *Comitis Flandrie* et *nepotis fuj* FLORENTIJ *Comitis Hollandie*, et Illuftrisfimj Principis Regis Roman. WILLELMI centum et quatuordecim menfuras terre ab omnj *fcoto*, *peticione* et *expeditione* et ab omnj *exactione* que terris imponj *potest* aut *folet*, liberas et abfolutas posfidebunt Ipfe autem Dominus SYMON equum vnum ad arandum terram fuam ab ipfis Abbate fcilicet et Conuentu in *Vere* tantum et in expenfis ipfius .S. habebit. De ducatu etiam decimarum Ecclefie memoratae in *Officio de Zubburg* ita diffinitum est. Quod dictus .S. miles dictas decimas per fex homines de Officio fuo ydoneos fcilicet et fideles in curti dictorum religioforum apud *Zubburg* duci faciet, vt confueuit, talj condicione, quod fj aliquis ibj fuerit famulus Domino Abbati et Conuentuj

in-

A. 1249. d. 17. Febr. ingratus et infidelis, ipſe .S. ipſum famulum amouebit, et hoc pro peticione Abbatis vel eius vices gerentis. Quo remoto Dominus SYMON alium fidelem et ydoneum Domino Abbati preſentabit, quem ipſe Abbas admittet, et isto modo aliquo dictorum famulorum moriente, alius ſubſtituetur loco ſuj, Vt autem hec ordinatio rata permaneat et inconuulſa.

Ego .S. Miles de Harlem, Balliuus Zelandie.

Ego .S. Miles de Zubburg. Et

Ego .P. filius Willelmj de Zubburg.

preſentem paginam ſigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Ego autem .H. *Sculthetus* Sigillum non habuj. Acta ſunt hec apud *Middelburg* anno M.° CC.° XL. nono, feria quinta post *inuocauit me*, hoc adiecto, quod dicti Abbas et Conuentus aqueductum et aggerem ſuum in propriis expenſis ſicut caeterj procurabunt.

N. CLXVII.

N. CLXVII.

WILHELMVS Rex Rom. Comes Hollandiae Advocatiam Abbatiae Medioburg. in se suscipit, eaque de re SYMONEM de Harlem Zeelandiae Balivum certiorem reddit. A. 12$\frac{49}{50}$. M. Febr.

A. 12$\frac{49}{50}$. M. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 298. et Cod. Dipl. p. 567.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. XVI. In Archivis Camer. Ration. Zeel. Locul. 116-117.)

WILLELMVS Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus, fidelj suo SYMONJ *de Harlem*, Militi. *Balliuo* suo per *Zelandiam* constituto, gratiam suam et omne bonum. Cum nos de plenitudine consilij nostrj *Aduocatiam* siue tutelam Ecclesie Beatae Mariae de *Middelburg* receperimus et plenam warandiam contra quoscumque molestatores Ecclesie promisimus memoratae, volumus et precipimus, quatinus jnhibeas auctoritate nostra SYMONJ Militj de *Zubborgh* sub jnterminatione gratiae nostrae et sub obtentu omnium bonorum suorum, ne de cetero dilectis nostris Abbati et Conuentuj Ecclesie supradicte seu etiam nuncijs eorum dampnum aliquod violentiam seu molestiam vel grauamen per seipsum inserat seu per aliquem alium faciat irrogare, nec de terris aut possessionibus eorumdem vbique sub dominio nostro quas habere dinoscuntur se aliquatenus jntromittat, presertim cum nos de gratia specialj cel-

A. 1238. M. Febr. ſitudinis nostre doctorum religioſorum terras ab *omnj petitione*, *tallia* ſiue quocumque genere *exactionis* quae terris jmponj *ſolet* aut *potest* abſoluerimus preter ab expeditione quam appellamus vulgarj nomine *Hereuard*, de qua non tenentur praedicto S. Militj ſeu alicuj alij *Schultetorum*, in quorum iacent *Officijs*, reſpondere, ſed ſi expeditionem fierj ex parte nostra contingat, nobis vel *Balliuo* nostro ſecundum moderatam eſtimationem de dictis terris prout viae et expeditionis prolixitas exegerit reſpondebunt, preterea de equo illo, quem idem S. a ſepedictis religioſis expetit, eidem precipias ſub pena preſata ne dictum equum exigat' donec ej forte ſj justum fuerit ab hominibus dicti Abbatis et Conuentus fuerit adiudicatus vniuerſos molestatores Eccleſie praelibatae ſub pena ſuperius contenta compeſcendo. Quod ſj dictus S. aut aliquis alius dictos religioſos contra preſens mandatum nostrum in aliquo dampnificare aut molestare preſumpſerit ſtatim cum requiſitus fueris absque vlla cunctatione dampnum eisdem illatum reſtituj facias, dictos molestatores grauiter puniendo.

i. e. Zierikzee. Datum apud *Ziertkſhe* anno Domini M. CC. XL. no. menſe *Sic additur.* Febr. Indictione Oct. Reddantur litterae.

N. CLXVIII.

N. CLXVIII.

WILLELMVS Rex Romanorum, Comes Holl. Abbati et Conventui Affligemensi annua xx. vasa vini ad usus suos concedit immunia a teloneis. A. 1250. d. 9. Maii.

A. 1250. d. 9. Maii.

Ad not. (2) *supra p.* 511.

(Ex Originali in Atchivis Monast. Affligem. quae adservantur in Palatio D. Excell. Archiepisc. Mechlin.)

WILLELMVS dei gratia Romanorum Rex semper augustus! vniuersis presentes litteras visuris salutem et cognoscere ueritatem. Nouerint vniuersi quod nos ob remissionem nostrorum peccaminum nec non antecesforum nostrorum concessimus et indulsimus viris Religiosis et dilectis amicis nostris. *Abbati* et Conuentui Monasterij Haffligen quod viginti vasa vini, ad usus suos proprios pertinentia undique ante nostra *Thelonea* deducere possint annuatim absque omni exactione Thelonearia, libera et absoluta. In cuius rei testimonium et firmitudinem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Bruxellie vii. id. Maij. Indictione viij. Anno domini millesimo ducentesimo Quinquagesimo (1).

(1) Exstat huius Chartae duplex Authenticum exemplar in iisdem Archivis, (etsi alterius Sigillum periit). Ne quis autem hoc miretur, adscribam verba, quae in recensione Operis D. DE BREQVIGNY, *Table Chronologique des Diplômes — de France*, habentur in *l'Esprit des Journaux*, Ianv. 1777.

A. 1250. d. 9. Maii. 1777. p. 65. „ On multiplioit, (inquit) quelquefois les Originaux de „ la même Charte, pour en assurer la „ conservation, en les déposant en di- „ vers lieux, précaution dont l'événe- „ ment a plus d'une fois montré la sa- „ gesse. On a connu sept Originaux „ du fameux décret d'union de l'Egli- „ se Grecque & de l'Eglise Latine, „ dressé au Concile de Florence. Plu- „ sieurs de ces originaux ont péri: & „ de trois cents originaux de la Gran- „ de-Charte, tous signés du Roi Iean- „ sans-Terre, il n'en reste plus que „ dix-sept". Nostra patria hunc morem etiam secuta est in magna Charta *Mariae Burgundicae* data a. 1477. d. 14. Mart. cuius plura adhuc in urbibus prostant exemplaria originalia, Sigillis Mariae munita.

* * *

Appendet Sigillum rotundum WILHELMI Regis Roman. ex cauda duplici, contexta ex filis sericis albi et rubri coloris, repraesentatque WILHELMVM solito more throno regio insidentem, sed capite truncato, manu dextra baculo insignita. Ex literis nihil superest quam N O R V M.

N. CLXIX.

A. 1250. d. 19 Maii. N. 1.

WILHELMVS Rex Rom., Comes Holl. declarat procrastinationem Homagii Margaretae Com. Flandriae a se praestandi illi non fore fraudi; renovatque promissa, quae *Rex* electus antea fecerat.

A. 1250. d. 19. Maii.

Vidimus Abbatum S. Petri, et S. Bavonis Gandensium aliorumque, a. 1295. d. 12. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 113, 302.

(Ex Originali, in Archivis Camerae Ration. Insulens.)

Vniversis presentes Litteras inspecturis IOANNES sancti petri, WALTERVS sancti Bavonis gandensis Monasteriorum

Dei

Dei patientia abbates, frater SIGERVS prior fratrum predicatorum, ROBERTVS gardianus fratrum minorum in gandavo commorantium salutem in eo qui est omnium vera salus. noveritis nos Litteras infrascriptas recepisse, vidisse diligenter et legisse vero sigillo sigillatas, non cancellatas, non-abolitas nec in aliqua sui parte vitiatas quarum tenor subsequitur in his verbis. A. 1250. d. 19. Maii. N. I.

WILLELMVS Dei gratia Romanorum *Rex* semper augustus *Comes hollandie*, notum fieri volumus universis quod cum nobilis Domina MARGARETA *flandrie et haynonie Comitissa* instanter exegisset a nobis quod ei faceremus *homagium de terra Zelandie* quam nos et nostri predecessores de suis antecessoribus Comitibus flandrie tenuimus in feodum, ad preces venerabilis patris Domini P...... Dei gratia Episcopi albanensis apostolice sedis legati placuit ipsi Comitisse quod sustineret et differret ad voluntatem suam et placitum suum de exigendo seu requirendo a nobis hominagio supradicto. *Nos vero dicte recognoscimus Comitisse* quod ei tenemur *homagium* facere de predictis et quod huiusmodi sustinentia aliquod preiudicium ei non faciat aut suis successoribus Comitibus flandrie quin potius volumus et etiam declaramus quod quantumcumque predictam Comitissam continget sustinere de ipso *homagio* exigendo a nobis; successores tamen nostri quicumque post nos *Comitatum hollandie* tenuerint, sive sint heredes de *carne nostra*, sive alii successores, tenebuntur eidem et eius successoribus Comitibus

A. 1250. d 19. Maii. N. 1. flandrie facere *homagium de terra Zelandie* et alia iura sua eis recognoscere et servare sicut in Carta virorum nobilium PHILIPPI quondam Comitis flandrie et FLORENTII quondam Comitis hollandie proavi nostri et in nostra quam innovavimus, plenius est expressum volumus autem et profitemur quod propter istam sustinentiam seu dilationem homagii exigendi a nobis nihil obstare vel deperire possit predicte Comitisse quin sit in eodem statu exigendi *homagium* a nobis in quo ad presens existit et in quo ante hoc erat et idem ius habeat exigendi a nobis ipsum homagium quod ante hoc habebat et idem recognoscimus de eius successoribus *Comitibus flandrie* post decessum ipsius. in cuius rei testimonium presentes Litteras conscribi fecimus et sigillo regio communiri. Actum Bruxelle anno Domini M.° CC.° quinquagesimo quarto decimo Kalendas Iunii indictione octava, regni nostri anno secundo.

In cuius rei testimonium presentibus Litteris sigilla nostra duximus apponenda, Datum anno Domini M.° CC.° nonagesimo quinto feria tertia ante festum divisionis (2) apostolorum.

* * *

Collationné au Vidimus Original en Parchemin scellé des sceaux de quatre

(1) Habetur in OL. VRED. Probb. ad *Geneal. Com. Fl.* P. I. p. 245. alia WILHELMI Charta d. 19. Maii, ex parte duntaxat, quae spectat ad idem argumentum, his verbis:

„ WILLELMVS Dei gratia Rom. Rex

tre personnes y nommées dans ces lettres étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] a Lille le 13. May 1776. A. 125. d. 19. Maii. N. I.

GODEFROY.

Rex semper Augustus etc. cum inter nos et FLORENTIVM fratrum nostrum ex una parte, et illustrem Dominam MARGARETAM Flandriae et Hannoniae Comitissam ex altera etc. — Actum Bruxellae, anno Domini M. CC. L. 14. Kal. Iun. Indict. VIII. Regni vero nostri II. ".

Videtur esse Charta a parte Comitis exhibita, qualem supra exhibuit Margareta.

(2) Raro occurrit haec nota Chronica *Divisio Apostol.* incidit autem in diem 15. Iul. Vid. *l'Art de Verifier les Dates* p. 142. b.

N. CLXX.

MARGARETA Flandriae Comitissa, et WILHELMVS Romanorum Rex, Comes Hollandiae, ac FLORENTIVS frater eius, paciscuntur super nonnullis dubiis de Insulis Zeelandiae inter Scaldem et Heedensee. A. 1250. d. 19. Maii. N. II.

Cui Pacto insertae sunt:

1. Charta Pacti Heedenseani anni 1168.
2. Charta Wilhelmi Regis, qua hoc Pactum Heedenseanum confirmat, et Homagium pro terra Zeelandiae facit.

A. 1250. d. 19. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 113, 215, 216. *f. etc.* 303.

(Ex *Archivis Hannon.* p. 270. sq. *collat. cum Cod. MS. Curiae Feudal. Holl.* p. 370. sqq. dedit MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 258-260.)

MARGARETA *Flandrie* et *Haynnonie Comitissa* universis presentibus et futuris presentem paginam inspecturis salutem.

Cum

A. 1250. d. 19. Maii N. 11.

Summa controversiae.

Cum inter nos ex una parte, et serenissimum Dominum WILHELMVM *Regem Roman.* illustrem, et nobilem virum FLORENTIVM, *fratrem* eius ex altera parte, super *iurisdictionibus*, *proventibus*, *consuetudinibus* et *iuribus* quibusdam, que antecessores nostri *Comites Flandrie* de *Insulis Zelandie* (1) inter *Scaldam et Hedinezee* habuerant ab antiquo, ut super quadam pecunie summa, quam nobis per suas litteras idem *Rex* et *Frater* suus debebant, et super quibusdam *arreragiis*, in quibus ipsi nobis tenebantur, et quibusdam aliis discordia suborta fuisset, tandem mediante venerabili Patre, Domino P. A. Albanensi Episcopo, Apostolice sedis Legato, fuit compositum inter nos et dictos Regem et Fratrem sub forma, inferius annotata.

Feudi recognitio.

In primis quidem idem Rex tam pro se, quam pro suis Successoribus *Comitibus Hollandie*, recognovit nobis et nostris Successoribus *Comitibus Flandrie*, quod id, quod habet in *Insulis Zelandie* inter *Schaldam* et *Hedinezee*, tenet *in feudum* a nobis, et recognovit nobis et nostris Successoribus *Comitibus Flandrie* pro se et suis Successoribus *Comitibus Hollandie* omnia iura, que

(1) *Zelandie*]. Insignem hanc Chartam, quae Statum Zeelandiae Occidentalis istius aevi explicat, pro spuria et a Flandris fabricata, exsibilat Vir D. ad STOKE D. II. bl. 304. Videamus eius verba: „ De Brieven van a. 1167. „ en 1243. ONWEDERSPREEKE„ LIJK VALSCH, en nochtans den „ grondslag zynde van deeze nieuwe „ Overeenkomste, zo volgt noodzaa„ kelyk, dat ook deeze valsch en ver„ dicht moet zyn. Waarheid kan niet „ rusten op Logen ". At supra p. 195. probavi, Pactum anni 1168. quod V. D. HVYD. hic loci habet tamquam *onwedersprekelijk valsch*, i. e. sine ulla contro-

que antecessores nostri *Comites Flandrie* in dictis Insulis habuerunt, et quecumque continentur in forma pacis, que olim facta fuit inter bone memorie PHILIPPVM *Comitem Flandrie* et FLORENTIVM Proavum suum, *Comitem Hollandie*, quam dictus Dominus *Rex* approbavit et confirmavit et sigilli sui munimine roboravit, et promisit se bona fide in perpetuum servaturum, pro ut in litteris suis super hoc alias confectis plenius continetur, quarum tenor talis est: A. 1250. d. 19 Maii. N. II. *supra p. 184. sqq.*

„ Ego WILLELMVS, Dei gratia in *Regem Romanorum Electus*, semper Augustus et *Comes Hollandie*, etc. — — — *supra p. 532.*

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, feria secunda post Beati Petri ad vincula ".

Verum quia propter quibusdam articulis inter nos et dictum Regem questio vertebatur, super illis compositum est, et declarati sunt articuli in hunc modum : Iura communia.

1. Primus articulus erat *de iactibus maris;* dicebat enim idem *Rex*, quod dicti iactus maris advenientes infra terminos subscriptos eius erant et esse debebant. Nos vero in contrarium Iactus maris.

troversia fictitium ac suppositum, esse sine ulla contradictione *genuinum*. Quod si *genuinum hoc*; labuntur omnes argumentationes falso hoc fundamento superstructae. Additur porro: „ Heeft „ Koning WILLEM haar den 3. Aug. „ 1248. en wederom den 19. Mei „ 1250. wegens Zeeland alles toege„ staan watze begeerde, gelijk zij hier „ zelve verhaalt; wat ging haar dan „ over, datze zo kort daarna eischte, „ dat hy Zeeland van haar ontvinge, „ en, als hy zulks met verachtinge „ van de hand hadt geweezen, Zee„ land met geweld en verraad meende „ te overrompelen, gelyk wy by on„ zen

A. 1250. d 19. Maii. N. 11. rium dicebamus et asserebamus, quod ad nos, tanquam ad illam, a qua tenetur terra in feudum, pertinere debebant. Super hoc articulo volumus, recognoscimus, confitemur et protestamur, quod dicti *iactus maris*, in quibuscumque rebus provenerint, debent inter nos et heredes nostros *Comites Flandrie*, et dictum Regem et heredes suos *Comites Hollandie*, cum advenerint, in perpetuum equaliter dividi, et sic in perpetuum dictus *Rex* pro se et suis heredibus *Comitibus Hollandie* promisit se servaturum; et nos pro nobis et heredibus nostris *Comitibus Flandrie* promittimus nos servare.

Petitiones. 2. Secundus articulus dubitationis fuit *de precibus*, *sive precariis*, *seu donis communibus* faciendis ab hominibus dicte terre, vel si extranei ibi advenirent; dicebat idem Rex, quod poterit sibi illa specialiter retinere, nobis contrarium asserentibus, et dicentibus, quod, cum omnia [que] de terra predicta proveniunt, debent esse communia, predicta vel aliquod predictorum non poterat specialiter retinere, etiamsi ipsi ea specialiter donarentur, sicut nec poteramus et nos. Super hoc sic ordinatum est: quod predicta omnia quecumque proveniunt ex *precariis*, *precibus*,

„ zen Dichter III. 996. enz. geleezen hebben. Maar hier ligt de knoop. cett " Huiusmodi argumentatio per se cadit, postquam res gestae clarius sunt explicatae in EXCVRS. VII. C. IV. Nihil addo de iis, quae idem Vir Ampl. dicit de *contentis* hac in Charta; quasi *tria* contineret *gravamina*, 1. de *maris iactibus*, 2. de *petitionibus*, 3. de *suprema iurisdictione*. — „ Willem beweerde, inquit, dat dit „ Recht hem *alleen* toekwam, maar „ op aanhouden van Margriet, bewilligt hy, en belooven zy elkanderen,

cibus, five *donis communibus*, five *excautiis*, tam in rebus mobilibus, quam immobilibus, inter nos et heredes nostros *Comites Flandrie*, et dictum Regem et heredes fuos *Comites Hollandie*, equaliter dividentur, etiamfi aliqua predicta dona communia fpecialiter donarentur, et fic pro nobis et nostris Succesforibus *Comitibus Flandrie* promittimus nos perpetuo fervaturos. A. 1250. d. 19. Maii. N. 11.

3. Tercius articulus dubitationis fuit *de tenendis placitis in terra Zelandie*, *de equitandis bannitis*, *de iurisdictione et iusticia exercendis*. Dicebat enim idem Rex, quod ipfe tenebat placita, equitabat bannitos, exercebat iurisdictionem et iusticiam in *terra Zelandie*. Nos vero dicebamus, quod hoc non poterat facere fine nobis vel *Balliva* nostro. Super hiis ordinatum est et compofitum, quod ipfe et heredes fui, *Comites Hollandie*, tenentur audire placita, equitare bannitos, et omnem iurisdictionem et iusticiam exercere *in terra Zelandie* infra terminos fuprafcriptos, nobiscum vel cum heredibus nostris, *Comitibus Flandrie*, vel nostro *Balliva*, nec ipfe fine nobis vel nostro *Baillivo* potest facere, nec nos fine ipfis illa vel aliqua de predictis. Iurisdictio.

„ ren, dat alles voortaan, in onder„ linge gemeenfchap enz." Verum quam parum accurate et minus ex vero haec fint propofita, ipfae literae docent. WILHELMVS nequaquam contendit, *dat het Recht* v. c. *van Strandvonden hem alleen toekwam*. Sed uterque id fibi asferere conatur, quum reliqua in commune posfidenda forent. *Wilhelmus* autem pro fe nihil affert quam fimplicem affirmationem; contra Margareta asferit, id ius ad fe pertinere, *tamquam* ILLAM, *a qua terra in feudum tenebatur*.

A. 1250. d. 19. Maii. N. II. dictis. Item emendas taxare non poterit, nec exeauties (2) nec foresfacta remittere, vel de ipsis componere sine nobis vel heredibus nostris *Comitibus Flandrie* vel *Ballivo* nostro, nec nos sine ipsis, sed omnia, quae de huiusmodi vel aliis quibuscumque proveniunt, inter nos et ipsos et heredes suos *Comites Hollandie* equaliter dividentur; et sic in perpetuum dictus Rex pro se et suis heredibus *Comitibus Hollandie* promisit se servaturum, et nos pro nobis et heredibus nostris *Comitibus Flandrie* promittimus nos servare.

Vrbium libertas. 4. Item conquerebamur, quod *idem Rex fecerat ibi aliquas villas franchas, cum facere non posset, quia in tota terra predicta non debet esse villa francha, nisi Middelbourg*, que ab antiquo fuit francha. Idem autem Rex recognoscit, consentit et confitetur, quod ibi non potest construere, vel edificare *villas franchas* nec factis, seu edificatis dare *franchisiam* sive *libertatem*, nec etiam nos vel heredes nostri *Comites Flandrie* possumus hoc facere, quia bene recognoscimus, quod non potest ibi esse aliqua francha villa, nisi *Middelbourg* (3), que franchisiam habuit ab antiquo, et si aliquibus villis vel alicui ville ipse Rex dedit franchisiam eam, quantum in ipso est, penitus revo-

(2) *Exeauties*] Notetur vox, quae neque in DV CANG. neque in CARPENTIER *Glossariis* his literis occurrit. Supra sermo erat. *de precariis*, *precibus sive donis communibus sive exeautiis tam in rebus mobilibus quam immobilibus*; hic vero tamquam synonymum accipi videtur vocis *foresfacta*, Gall.

revocabit; et fimiliter nos revocabimus, nec permittet, quod utantur franchifia fibi data. A. 1250. d. 19. Maii. N. 11.

5. Cum autem dictus Rex nobis deberet fex milia librarum *Flandrenfis* monete, et quedam arreragia, eftimata ad valorem decem milium librarum eiusdem monete, ficut parate eramus probare, ad preces dicti legati, et ob reverentiam fedis Apoftolicae distulimus et fufpendimus repetitionem dictarum fedecim milium librarum. Ita quod nec nos nec heredes nostri *Comites Flandrie* dictam pecunie fummam poterimus repetere a dicto Rege vel ab heredibus fuis *Comitibus Hollandie*, nifi ipfe vel heredes fui contra istam pacem venirent. Solutio redituum.

Si vero, quod abfit, dictus *Rex* vel heredes fui *Comites Hollandie* venirent contra pacem predictam, poterimus nos vel heredes nostri *Comites Flandrie* illam pecuniam repetere. Et dictus Rex profesfus est, et profitetur; quod ipfe vel heredes fui *Comites Hollandie* tenentur nobis et heredibus nostris *Comitibus Flandrie* reddere dicta fedecim milia librarum et fatisfacere integre de eisdem.

Quia vero pacem istam cupimus perpetuo et inviolabiliter obfervari, volumus, confentimus et a dicto Legato petimus, fupponentes nos fue iurisdictioni et potestati ac venerabilem Pe- Sarctiones Federis.

Gall. *Fourfaites*. Viderint alii, num huc referri posfint, quae coniicit DV CANG. V. *Excufaticum* p. 230. vel *Excaucia* p. 209.

(3) *Middelburg*] Vid. hac de re EXC. VII. p. 275. fqq. et *Cod. Dipl.* p. 402. Pro *revocavit* apud MIER. repofui fupra l. 1. *revocabit*.

A. 1250. d. 19 Maii. N. 11. Petrum *Tornacensium* et *Cameracensium Episcoporum*, quibus ipse hoc de nostro consensu commisit, ut, si nos vel heredes nostri *Comites Flandrie* contra pacem istam vel aliquod pacis articulum veniremus et requisite in Curia nostra *Brugis* et heredum nostrorum *Comitum Flandrie*, nollemus hoc pro ut *homines* nostri *pares Comitis Hollandie* iudicarent emendare, quod dicti Prelati vel alter eorum, si alter non superesset, vel esset legitimo impedimento detentus, *terram Flandrie* et dicte *Zelandie* possent supponere Ecclesiastico interdicto, si infra quadraginta dies, post monitionem ipsorum vel alterius eorum, non duximus emendandum, et tenemur nos et heredes nostri conducere Nuncium vel Nuncios, qui mittentur pro interdicto ponendo.

Insuper renunciavit in hiis omnibus dictus Dominus *Rex* pro se et suis Successoribus *Comitibus Hollandie omni iuri*, quod competit ipsi vel posset competere, Canonico vel Civili appellationi ad quamcumque Curiam, omni privilegio obtento seu etiam obtinendo. Et dicti Prelati habebunt similiter potestatem, quod si dictus *Rex* vel heredes sui *Comites Hollandie* contra predictam pacem vel aliquod predictorum facerent et requisiti nollent coram nobis stare iuri vel emendare, quod factum esset contra pacem per iudicium hominum nostrorum *parium* suorum in Curia nostra *Brugis*, possent terram ipsius Regis, scilicet *Hollandiam* et *Zelandiam*, Ecclesiastico suppo-

nere

nere interdicto vel alter eorum, pro ut fuperius est expres- A. 1250.
fum, fi infra quadraginta dies post monitionem ipforum vel d. 19. Maii. N. 11.
alterius eorum non duxerint emendandum, quod factum esfet contra pacem, nec relaxabitur interdictum, donec illud fuerit emendatum, et renunciamus in hiis omnibus pro nobis et nostris heredibus *Comitibus Flandrie*, omni iuri, quod competit nobis, vel posfet competere, Canonico vel Civili appellationi ad quamcumque Curiam, omni privilegio obtento feu etiam obtinendo. Pacem istam fuperius annotatam et cartas, fuper hoc factas vel concesfas ab ipfo Rege et fuis predecesforibus, promifit idem Rex pro fe et fuis Succesforibus *Comitibus Hollandie* bona fide in perpetuum et inviolabiliter in omnibus et fingulis fe fervare, renuncians expresfe omni iuri, omni carta, omni privilegio et quocumque dato vel dando, quod dicti Regi vel eius heredibus *Comitibus Hollandie* competit vel in futurum competere posfit in predicta *terra Zelandie* contra predicta et quodlibet predictorum in hac pace contentorum.

Et nos fimiliter pro nobis et heredibus nostris *Comitibus Flandrie* promittimus dictam pacem et cartas fuper hoc factas bona fide in perpetuum et inviolabiliter in omnibus et fingulis nos fervare. Renunciantes expresfe omni iuri, omni carta, omnique privilegio, a quocumque dato vel dando, quod nobis et nostris heredibus *Comitibus Flandrie* competit, vel in futurum competere posfit in predicta *terra Zelandia*, contra predicta et

quod-

A. 1250. d. 19 Maii. N. 11. quodlibet predictorum, in hac pace contentorum; et ipſam pacem et cartas ſupra dictas tenere fideliter et non contravenire, de ſpeciali mandato ipſius Regis, tactis Sacroſanctis Euangeliis in animam ipſius Regis, ipſo preſente, Magister Arnulphus Protonotarius ſuus iuravit inviolabiliter et in perpetuum obſervare. Et ſimiliter ipſam pacem et cartas ſupraſcriptas tenere fideliter et non contravenire de ſpeciali mandato nostro, tactis Sacroſanctis Euangeliis, in animam nostram, nobis preſentibus, Magister Adam Tontere Canonicus Sonegienſis iuravit inviolabiliter et in perpetuum obſervare, et petivimus pacem istam a Domino legato predicto confirmari, Domino Pape ſupplicamus, quod eam confirmare dignetur. Supradicta omnia et ſingula, tam nostro Sacramento, quam ipſius Regis firmata, tenebuntur firmare heredes vel *Succesſores ipſius Regis Comites Hollandie* nobis et heredibus vel Succesſoribus nostris *Comitibus Flandrie*, cum omnibus hominibus ſuis, quos nos et predicti heredes nostri habere voluerimus proprio iuramento et innovare iuramentum de pace tenenda et ſervanda, quotiens nos et predicti heredes nostri *Comites Flandrie* voluerimus innovationem predicte pacis et harum conventionum habere.

Si vero idem Rex vel Succesſores ipſius *Comites Hollandie* non posſent, modo vel quando vellemus innovationem iuramenti habere, adducere omnes, quos nos et dicti heredes nostri nominaremus, nos vel predicti heredes nostri Nuncium nos-

trum

trum mittemus ſub conductu predicti Regis vel heredum et ſuc- A. 1250. d. 19. Maii. N. 11.
ceſſorum ſuorum *Comitum Hollandie*, ut iuramentum faciant, preſente miſſo Nuncio noſtro, quod in preſentia noſtra predictorum heredum vel ſucceſſorum noſtrorum deberent facere.

Vt autem hec omnia et quecumque etiam in carta dicti Domini Regis, nec non in litteris predeceſſorum ſuorum continentur, inconcuſſa in perpetuum maneant et conſiſtant, hanc preſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate corroborando munivimus, et teſtes, qui interfuerunt, ſubſcribi fecimus. Sunt autem hec eorum nomina,

Venerabiles Patres, Dominus P. Albanenſis Epiſcopus, Apoſtolice ſedis legatus.

Nicolaus Cameracenſis et P. . Cathalonenſis Epiſcopi.

Nobiles viri Iohannes de Aveſnes, Guido Advocatus Attrebatenſis, et Iohannes de Dampetra, dilecti filii noſtri.

Abbas de Ekmunda.

Abbas Sancti Trudonis.

Arnoldus de Dieſt.

Giſelbertus de Ameſtella.

Henricus Buffels.

Hugo de Cralinghen.

Henricus de Streina. l. *Striena.*

Simon de Zubburg.

A. 1250. d. 19. Maii. N. II. R. de Gavera.

v. l. *Cynesio.* Arnulphus de Cysonio.

v. l. *Maritnia.* Arnulphus de Maritnia.

Iohannes de Ghistell.

Willelmus de Mandeghem Castellanus Gandensis.

L. *Bevera.* Th. . de Benera.

Gerardus de Rodes.

Eustachius de Rodio.

Henricus de Husalisia.

Baldricus de Rosin, et Baldivinus de Baliolo, milites, et alii quam plures.

Actum *Bruxelle* anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo, feria quinta post Pentecosten.

N. CLXXI.

A. 1250. d. 19. Maii. N. III. HENRICVS Dux Lotharing. et Brabantiae fideiusforem se constituit pacis et concordiae inter MARGARETAM Com. Flandr. et WILHELMVM Regem Roman. initae, ex arbitrio Legati sedis Apostolicae; et opem se laturum promittit ei, qui pacis federe non staret.

A. 1250. d. 19. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 308.

(Ex Originali, in Archivis Camerae Ration. Insulens.)

HENRICVS *Dux Lotharingie* et *Brabantie*, omnibus ad quos presentes Littere pervenerint salutem: cum inter virum illu-

WILHELMVS Rex Rom. in Comitiis Imperii MARGARETAE Comitisſae Flandriae abiudicat *terras Imperiales*, *intra Scaldam*, *de Alost*, *Waſia*, *et IV. Officiis*, casque transfert in IOHANNEM DE AVESNES *Com. Hannoniae*, propterea quod MARGARETA Feudum ſuum intra annnm et diem recognoscere neglexiſſet.

A. 1252. d. 11. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 217, 311.

(Ex Originali Vidimus in Archivis Inſulenſibus, in *Chartulario*, cui nomen: *Le premier Cartulaire du Haynaut*, *repoſant en la Chambre des Comptes du Roy à Lille* p. 61.)

N. DEI GRATIA CAMERACENSIS Epiſcopus, et I. Divina Permiſſione *Abbas* ſancti Auberti in Cameraco Vniverſis preſentes Litteras Inſpecturis ſalutem in Domino, noveritis nos Litteras Illuſtris *regis Romanorum* vidiſſe in hec verba (1):

WIL-

(1) *Haec verba*] Etſi MIERIS D. I. bl. 268. hoc Iudicium iam dederit ex MARTENE et DVRAND *Thes. Nov. Anecd.* T. I. fol. 1164. tamen quum ad causſam nostram ſpectet, et multa nuperrime a viro quodam docto in dubium vocari coeperint, ex *Chartulario Hannon.* integrum dedi. Bonum autem factum, quod Vir Ampl. HVYD. ad STOKE D. II. bl. 310. hanc Chartam pro genuina admiſerit. Quae confeſſio quum omnia viri D. molimina contra tot genuinas Chartas penitus deſtruat, non est quod hoc ſilentio praetermittam. Si enim genuina haec est, hinc multa conſtant, quae omni conatu Vir D. impugnavit. Obtinemus enim hinc firmiſſime:

I. Margaretam iure poſſediſſe *Terras Imperiales*, quae nominatim omnes in Char-

WILLELMVS Dei gratia *Romanorum Rex* femper augustus Vniverfis facri Imperii fidelibus prefentem Paginam Infpecturis gratiam fuam et omne bonum. A. 1252. d. 11. Iul. N. I.

Ad noticiam Vniverforum volumus pervenire, quod nobis in generali curia nostra apud *frankenfort* pro tribunali fedentibus, in prefentia principum et magnatum imperii, venerabilis *herbipolenfis Epifcopus*, dilectus princeps noster, requifitus per fententiam diffinivit, quod, postquam nos Electi fuimus a Principibus in Romanorum *Regem*, per fummum pontificem confirmati, et confecrati ac coronati, pro ut moris est folempnitate qua decuit apud *aquis*, parebant et competebant nobis de iure civitates castra et omnia bona ad Imperium pertinentia et quod omnes principes *nobiles* et *minifteriales* principatus et feoda fua infra annum et diem a nobis requirere et relevare tenebantur.

Item, venerabilis *argentinenfis* Epifcopus Dilectus Princeps noster eodem modo requifitus per fententiam deffinivit quod omnes

Charta exprimuntur, ut funt, *terra de Namurco*, *terra intra Scaldam*, *terra de Alost*, *terra de Wafia*, *et terra quatuor Officiorum*, eaeque *in Feudum ab Imperio* tenendae.

II. Margaretam, quia, *prout moris erat*, *feoda* haec *fua* ab novo Imperatore et Imperio *intra annum et diem non recognovisfet*, his feudis esfe privatam; quae in *Hannonienfem* nunc translata anfam dederunt diuturnis illis bellis inter *Flandros* et *Hannonios* ob posfesfionem imprimis *terrae Scaldanae* five *Zeelandiae*; quae non nifi pace a. 1323. penitus funt fopita, qua pace *Flander* Comiti Hannoniae (tunc etiam *Hollandiae*) cesfit *Zeelandiam*; *Hannonius* vero Comiti Flandriae reliquas terras hic memoratas.

A. 1252. d. 11. Iul. N. I. omnes Principes *nobiles* et *ministeriales* Imperii qui principatus et feoda sua infra annum et diem requirere et relevare a nobis contumaciter neglexerunt omnia illa feoda et principatus nobis vacaverunt et vacant et de illis possimus disponere secundum quod nobis placuerit retinendo nobis vel aliis in feodum concedendo.

Item venerabilis *C. coloniensis* Archiepiscopus Dilectus princeps noster similiter requisitus per sententiam deffinivit quod omnes principes *nobiles* et *ministeriales* moniti et requisiti a nobis post nostram electionem et coronationem sive quibus nos obtulimus viva voce vel per nostros nuntios et litteras ut principatus et feoda sua a nobis reciperent et infra sex septimanas et tres dies post huius modi monitionem requisitionem sive oblationem recipere contumaciter neglexerunt *omnia feoda* sive *principatus* nobis vacaverunt et vacant et de illis possumus disponere quod nobis placuerit retinendo sive aliis in feodum concedendo.

Item predictus *herbipolensis* requisitus per sententiam diffinivit quod ex quo MARGARETA *Comitissa flandrie* per *annum et diem* neglexit contumaciter requirere et recipere feoda licet super hoc monita et requisita fuerit, de illis nos secundum voluntatem nostram potuimus libere ordinare ea retinendo nobis vel in feodum aliis concedendo.

Nos vero predictis sententiis auditis diligenter, ceteris principi-

cipibus et magnatibus approbantibus supra dictis, terram *de* A. 1252.
Namurco cum suis attinentiis, terram *infra Scaldam* [a], terram d. 11. Iul. N. 1.
de Alost, terram *de Wasia*, et terram *quatuor officiorum* cum omnibus pertinentiis suis, karissimo *sororio* nostro nobili viro IOHANNI *de Avesnis*, prout eadem *Comitissa* ab *Imperio* tenuit, in feodum concessimus a nobis et imperio perpetuo possidendas.

Item predictus *Coloniensis* requisitus sententiavit, quod, ex quo nos *feoda*, que *Comitissa* predicta ab *Imperio* tenebat, eidem IOHANNI concessimus in feodum, *ville*, *castra* et alia bona ad dicta *feoda* pertinentia, parere debent eidem IOHANNI *de Avesnis* et ei debent *homines* predictarum terrarum *fidelitatis* facere *iuramentum*.

Quas sententias ratas et gratas habentes, eas auctoritate regis confirmamus et eas precipimus observari; in cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et [b] aliorum principum et magnatum sigillis iussimus communiri.

Datum in Castris ante *frankefort* quinto idus [Iulii [c]] indictione decima anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, regni vero nostri anno quarto.

In cuius rei testimonium presentes Litteras Sigillis nostris fecimus sigillari. Datum Sabbato post festum Beatorum Iacobi

a Mieris habet *iuxta Scaldam*. *Infra* autem hoc sensu ponitur pro *intra*. b Mieris addit *nostrae maiestatis et*. c Aberat in MS.

A. 1252 d. 11. Iul. N. I. bi et Christophori anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

* * *

Collationné audit Cartulaire par nous Ecuier Seigneur de Maillart, Conseiller du Roy [ut supra p. 461.] à Lille, le 28. Iuillet 1777.

GODEFROY.

N. CXC.

A. 1252. d. 11. Iul. N. II. WILHELMVS Rex Rom. adiudicat IOHANNI *de Avesnis terram iuxta Scaldam*, *Wasiam*, *IV. Officia*, et *Alostam* in Feudum, ademta *Margaretae* Comit. Flandriae (1).

A. 1252. d. 11. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 218.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1165. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 269.)

WILLERMVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis praesentes litteras inspecturis Sacri Imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Post-

(1) *Flandriae*] Has literas, uti et antecedentes, Regis Willh. separatim confirmavit eodem anno *Nicolaus* Episcopus Cameracensis; quod et postea a. 1281. d. 5. Aug. fecit RVDOLPHVS Rex Romanorum. Vid. suo loco. Vtrumque testatur ex Archivis Hamon. MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1165. (*a*). Cf. supra p. 624.

(2) *Iuxta Scaldam*] Variatur in locutio-

Postquam in praecelſae dignitatis honore nos praetulit exaltator humilium, et ſceptrum *Romani Regni*, palmamque victoriae nobis divina diſpoſitione commiſit, nil ſplendet ſubtilius in Celſitudine noſtri cordis, quam quod clementia regnet in pectore noſtro, ſtateram geſtando in manibus, aequa lance cuique impendimus praemium iuxta ſuorum exigentiam meritorum. Cum itaque Nobilis IOHANNES *de Aveſnis*, cariſſimus ſororius noſter, propter ſuae devotionis obſequia Celſitudini noſtrae adeo ſe gratum reddiderit et acceptum, quod merito teneamur ipſum proſequi ſpeciali gratia et favore, terram *de Namurco*, terram *de Aloſt*, *terram iuxta Scaldam* (2), terram *Waſiae*, terram *Quatuor-Officiorum* cum omnibus ſuis pertinentiis, quibus M. *Comitiſſa Flandriae* et *Haynnoniae*, propter ſuam contumaciam manifeſtam reddidit ſe indignam, non parendo mandatis noſtris infra tempus, per Principes et Magnates Imperii praefixum, nec recipiendo a nobis, ut debuit (3), *terras*, ſuperius nominatas, ſecundum quod per principes et magnates praedictos Imperii ſententiatum extitit in generali curia noſtra apud *Frankenfort* coram nobis; et ſecundum quod praedictae ipſius comitiſſae exigentibus culpis et A. 1252. d. 11. Iul. N. 11.

cutione. Hic, et ſupra p. 627. ex MARTENE et MIER. *iuxta*, ſed in Origin. *infra*. Iterum a. 1281. d. 9. Aug. *terra ſuper Schaldam*. Eodem redeunt omnia, et indicantur *Inſulae Zeelandiae*.

(3) *Vt debuit*] En *Margaretam*! hactenus *Terrae Schaldanae* Dominam, quae hoc Zeelandiae Feudum ab Imperio recipere debuit, ſed noluit, idque ex

 ipſa

A. 1252. d. 11. Iul. N. 11. et meritis, eidem abiudicatae existunt Io. praedicto in *Feodum* de providentia Consilii nostri, duximus liberalitate regia concedendas, investiendo ipsum in praedicta Curia cum solemnitate, qua decuit, recipiendo ab eodem *homagium*, fidelitatis debitae praestito iuramento. Praeterea per principes et magnates in eadem curia sententiatum extitit coram nobis, quod illi, qui post infeudationem nostram dicto Io. homagium non fecerint, seu feoda eorum non requisierint, idem Io. de praedictis feodis sive retinendo, vel aliis in feodum concedendo disponere potest iuxta suae beneplacita voluntatis. Qua propter praesentis edicti auctoritate districtius inhibemus, ne quis contra hanc infeodationem et concessionem venire audeat, vel ipsum Io. in aliquo molestare: quod qui facere praesumserit, indignationem nostram se noverit graviter incursurum, et in reatus sui poenam centum marcas auri, medietatem fisco nostro, et medietatem iniuriam passis componat, prout est hactenus in Imperio consuetum, nihilominus praemissis sententiis in suo robore inviolabiliter duraturis.

Hu-

ipsa *Regis Romani* ac *Comitis Hollandiae* confessione. Quod multum abit a Nostratium opinione, quasi huius terrae Scaldanae possessio ab antiquis temporibus *Comitum Hollandiae* fuerit. Cuiusmodi sententia si vel *Hollandis* vel Germanorum *Imperatori* sedisset, eam urgere non omisisset Rex *Wilhelmus*, Comes Hollandiae; neque id *Zeelandiae* Feudum dedisset *Margaretae* filio IOHANNI *de Avesnis*, sed contra suo *Comitatui Hollandiae* adiecisset quasi postliminio rediturum, vel donasset FLORENTIO fratri suo germano, Hollandiae

Huius rei teſtes ſunt venerabiles

A. 1252. d. 11. Iul. N. 11.

G. Maguntinus, et
C. Colonienſis
} Archiepiſcopi.

Herbipolenſis, et
Argentinenſis
} Epiſcopi.

H. Spirenſis, Cancellarius noſter,
H. Leodienſis
} Electi.

Illuſtres viri H. de Brunswic,
H. Brabantiae
} Duces dilecti Principes noſtri.

H. Comes de Henneberg, Camerarius noſter.

Vl. de Miſenberch.

E. Gelren de Vilnewe.

De Walteterke.

De Los.

De Cingenhan et Silveſtres, Comites.

W. de Bollandia et P. de Rinkel et alii quamplures.

Datum in *Caſtris* ante *Frankefort*, v. Idus Iulii, Indict. x. anno Domini M. CC. LII.

diae praeſidi, vel RICHARDI ſorori ſuae; non paſſurus profecto, ut haec poſſeſſio in *Hannoniam* abiret *familiam*, per exſtinctam demum maſculam ſobolem poſtea cum *Hollandia* coniungenda, eique firmiter annectenda.

N. CXCI.

N. CXCI.

A. 1252. d. 4. Sept. FLORENTIVS Praeſes Hollandiae concedit Balduino de Nortvico, ut, qui habitant in Officio de *Veno* ſuper 100. iugeribus, immunes ſint ab omni petitione et exactione (1).

A. 1252. d. 4. Sept.

Ad Cod. Dipl. 1252. *d.* 18. *Oct.*

(Ex Libro MS. 8. cui titulus: BOEKHORST, fol. 14. ad Originale a. 1710. deſcripto.)

Vniverſis preſentes litteras inſpecturis FLORENTIVS *de Hollandia*, frater domini WILHELMI *Regis Romanorum* illuſtris ſalutem et omne bonum.

Sciat univerſitas veſtra quod ad inſtanciam et peticionem fidelium meorum nobilium virorum et domini dicti PERSIJN, WILLELMI Domini *de Brederode*, et Domini IOHANNIS dicti PERSIJN, de *prudencia Conſilii mei* conceſſi et licenciam dedi dilecto meo BALDVINO *de Nordike* conſervatori preſencium, quod omnes quos induxerit, locaverit ſive manere fecerit ſuper centum iugera terre, que vocantur *Morgen* iacentia inter *Venum* et *Warmonde*, in officio de *Veno*, de quibus iuge-

(1) *Exactione*] Exſtitit t. t. haec Charta in ipſo Caſtro *de Boekhorst*, cum reliquis aliis. Habetur modo Belgica huius verſio apud MIER. *Charterb.* D. I. bl. 269. qui recte vidit, vocem *Grave* (i. e. Comitem) non competere huic *Florentio fratri Wilhelmi*.

iugeribus idem B. habet et habuit *decimam* et *iurisdictionem* non A. 1252.
solvent aliquam peticionem sive exactionem dummodo prius- d. 4. Sept.
quam ibi ad manendum venerint, non fuerint solventes aut debentes peticionem sive exactionem.

In cuius rei testimonium et certitudinem firmiorem presentes litteras sigillo meo feci roborari.

Datum apud *Middelburch* anno Domini M. CC. LII. feria quarta ante nativitatem Beate Marie Virginis.

* * *

Appendet Sigillum, Eques sinistrorsum versus: cum hac perigr.

✠ S FLORENTII · DE · HOL LANDIA . GMANI. DNI · W . ROM · REG · ILLVST.

In Contrasigillo, quod Scuto constat triquetro, *Leonem* exhibente, legitur:

✠ FLORENTII · DE . HOLLANDIA.

N. CXCII.

FLORENTIVS *Praeses Hollandiae* confirmat donationem, A. 1252.
quam fecit WILHELMVS Rex Rom. Abbatiae S. Ber- d. 18. Oct.
nardi ratione terrarum in Zuidbevelandia.

A. 1252. d. 18. Octobr.

Ad Excurs. VII. p. 299.

(Ex Originali in Monasterio S. Victoris Antverpiae.)

Vniuersis presentes Litteras inspecturis. FLORENTIVS *de Holland'* Germanus domini WILLI *Regis Roman* jllustris

 Salu-

A. 1252. d. 18. Oct. Salutem et omne bonum. Nouerit vniuersitas vestra quod gratiam quam dominus meus et Frater dominus WILLS *Rex Romañ* jllustris fecit pietatis jntuitu viris Religiosis Abbati et conuentuj Monasterij Sancti *Bernardi* Cistercieñ ordinis dyoc Cameraceñ super sexaginta mensuris terre sitis jn parrochia de *Score jn Zutbeuelland* gratam habeo et Ratam vtique et acceptam. Vt littere domini mei Regis eis jnde collate plenius continent et ostendunt. Quare vobis firmiter precipio ne quis vestrum de subditis meis (1) contra hanc gratiam eos audeat molestare quod qui fecerit mee indignationis offensam se nouerit jncursurum. Datum *Antwerpie* Anno Domini M°. CC°. L°. secundo jn die Beati Luce Ewangeliste.

* * *

Appendet ex filis sericis Sigillum rotundum, Eques cum avicula, et cane currente sub equi ventre. Hac perigraphe:

✠ . . . . . ORENTII . DE . HOLLANDIA.

Absque Contrasigillo.

(1) *De subditis meis*] Nota dictionem *de subditis meis*. Ex qua satis patet, *Florentium* Wilhelmi Com. fratrem, Wilhelmo Rege in Germania absente, has terras Procuratorio nomine, immo forte maiore iure administrasse, vel iusto maiora spirasse. *Subditos* enim *suos* vocare, an Procuratori siue Comitis Vicario liceat, dubito. Viderint alii, an FLORENTIVS has terras a Rege Feudi iure possidendas habuerit? Huc enim facere videtur ipsa illa Donationis gratiosae a WILHELMO factae confirmatio; immo dubium mihi iniicit, quae praecedit Charta d. 4. Sept. p. 632. an non FLORENTIVS ille, vir ambitiosus, Wilhelmo rebus Imperii occupato, integras WILHELMI ditiones in feudum a Rege obtinuerit; si enim tantum vice Comitis terris praefuerit, quomodo illic scribere potuit; *ad petitionem* FIDELIVM *meorum nobilium* etc.

N. CXCIII.

N. CXCIII.

MARGARETA Flandriae et Hannon. Comitissa *Lanc-Ardenburgensibus* permittit iura et leges petere a Scabinis Oppidi *Ardenburg*, si quid amplius requirant. A. 1252. d. 26. Oct.

A. 1252. d. 24. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 128.

(Ex Registro Pergameno in Archivis Ardenburg. fol. xiij. ubi etiam antiqua Versio Belgica exstat.)

MARGARETA *Flandrie et Hañ Comitissa* dilectis suis *Scabinis* de *Ardenburgh* Salutem et dilectionem / vobis significamus quod nos ponimus vos *loco nostri* (1) pro *jure et lege* faciendis illis de *lancardenburgh* quotienscumque ab eisdem fueritis *requisiti* et quicquid eisdem per vos factum vel iudicatum fuerít secundum legem et consuetudinem ville vestre ratum habebimus et gratum presentium testimonio litterarum. Datum *brugis* Anno Dominj millo ducentesimo Lsecundo / dominica post festum beati luce.

(1) *Loco nostri*] Notent veteris iuris amantes locutionem. Siquis ex alia urbe vel loco *Leges* seu *iura* peteret, idque permissu Principis; urbs illa tunc *loco Principis* censebatur. Ab Principe enim derivabatur omnis iurisdictio et Iuris interpretatio. Legum enim ferendarum, Iudiciorum constituendorum, ac Magistratuum creandorum potestas vigore *Superioritatis Territorialis* soli Terrae Domino vel Dominae competebat.

N. CXCIV.

A. 1252. d. 29. Oct. N. 1. WILHELMVS Rex Rom. mandat Abbati S. Trudonis Capellano suo, ut controversiam inter ipsum et Ecclesiam S. Iohannis Traiect. de proprietate terrarum iurisdictionum ac decimarum apud *Oyendrecht*, *Cudelstert*, *et Westsene* Arbiter componat (1).

A. 1252. d. 29. Oct.

Ad Cod. Diplom. p. 291. et 454. not.

(Ex Libro Rubeo Bonorum Ecclesiae S. Iohannis Traiect. fol. 1.)

WILHELMVS dei gratia Romanorum rex semper aug̃· Religioso viro · abbati sancti trudonis dilecto *capellano suo* gratiam suam et omne bonum· Cum inter nos ex vna parte et viros honorabiles *prepositum* et *capitulum* sancti iohannis traiecteñ ex altera super possessione et *proprietate terrarum iurisdictionum* et *decimarum* apud *Ouendrecht Kudelstert* · et *westsene* necnon et locorum vicinorum mota fuisset materia questionis· Nos de sinceritate tue fidei plenam fiduciam obtinentes in presentia venerabilis patris domini ·H· tt· sante sabine presbiteri cardinalis apo-

(1) *Componat*] Exstat huius Controversiae et laudabilis arbitrii WILHELMI *Comitis nostri* mentio apud W. HED. p. 207. *Wilhelmus Rex — quantae pietatis in Deum et mansuetudinis in Ecclesiam fuerit, vel ex hoc coniicere licet, quod querente Ecclesia S. Iohannis Traiect. se in iurisdictione temporali ab illo laedi, illico, quod raro contingit, causam cognoscendam commisit, nec Iudex simulatione aliqua usus Dominum suum condemnare non timuit, uti*

apoſtolice ſedis legati in perſonam tuam compromiſimus ſuper A. 1252.
omnibus ſupradictis promittentes preciſe quod quidquid tu ſu- d. 29. Oct. N. I.
per premisſis inquiſita diligentius veritate mediante iuſtitia uel amicabili compoſitione duxeris ſtatuendum / ordinandum ſeu etiam arbitrandum illud obſeruabimus bona fide et faciemus inuiolabiliter obſeruari / volentes et conſentientes / vt uocatis partibus uel non vocatis preſentibus uel abſentibus vna vice uel diuerſis pronuntiare arbitrari ſeu ordinare valeas in ſcriptis / uel ſine ſcriptis ſuper omnibus ſupradictis / ſecundum quod tibi placuerit / et viſum fuerit expedire / Quapropter deuocioni tue precipimus / auctoritate tibi regia iniungentes q̄t in predicto f. *quatinus.*
procedas negocio / et quantocius poteris ſtudeas terminare ·

Datum *colon̄* · IIIJ · kalendas nouembris / jndictione vndecima / Anno Domini M° · CC° · LIJ° ·

uti ex utriusque literarum ſerie conſpicere licet. Addit BVCHEL. not. (*t*) p. 210. *Extant diplomata hac de re data quibus Rex acquiescere ſe Iudicum ſententiae declarat.* Nondum tamen producta usquam ſcio; quapropter operae pretium facturum putavi, ſi quae ad hanc Controverſiam ſpectant, hic ediidero. Sunt autem 4. Chartae, quarum duae d. 29. Oct. a. 1252. reliquae a. 1252. d. 2. Nov. et a. 1254. M. Maio.

N. CXCV.

A. 1252. d. 29. Oct. N. 11.

HVGO Cardinalis mandat Abbati S. Trudonis, ut hoc WILHELMI Regis Roman. Arbitrium ac iudicium fibi mandatum quantocius exfequatur.

A. 1252. d. 29. Oct.

Ad Cod. Diplom. p. 636.

(Ex Libro Rubeo Bonorum Ecclefiae S. Iohann. Trai. fol. 1.)

Frater HVGO · miferatione diuina · t' t' · fancte fabine presbiter cardinalis apostolice fedis legatus · venerabili fratri Abbati fancti trudonis leodieñ dyoc̄ falutem in domino · Cum inter ferenisfimum dominum WILHELMVM *regem Romanorum* illustrem ex vna parte et viros venerabiles *prepofitum* et *capitulum* ecclefie fancti iohannis traiecteñ ex altera fuper posfesfione [et] proprietate *terrarum iurisdictionum*, et *decimarum* apud *ouendrecht kudilftert* et *westvene* necnon et apud loca vicina mota fuisfet materia questionis predictus dominus rex pro fe et vir venerabilis GOZWINVS prepofitus predicte ecclefie pro fe et capitulo fuo in nostra conftituti prefentia in perfonam vestram fuper omnibus predictis *de alto et basfo* amicabiliter compromiferunt · promittentes bona fide quod quicquid nos fuper premisfis inquifita veritate mediante iusticia uel amicabili compofitione duxeritis ftatuendum ordinandum feu arbitran-

bitrandum illud ex vtraque parte fideliter obſeruabunt · et fa- A. 1252.
cient inuiolabiliter obſeruari / volentes nichilominus et con- d. 29. Oct. N. 11.
ſentientes / vt partibus vocatis uel non vocatis preſentibus vel abſentibus vna vice uel diuerſis pronuntiare poſſitis ſuper omnibus predictis / quod ſecundum deum et bonam conſcientiam vobis placuerit et viſum fuerit expedire prout hec in litteris ipſorum ſuper hoc confectis plenius continetur · Cum igitur ex iniuncto nobis officio paci et tranquillitati intendere debeamus legacionis qua fungimur auctoritate / discretioni vestre mandamus districte vobis in virtute obedientie precipientes · et in remiſſione vestrorum peccaminum iniungentes quatenus predictum arbitrium in vos ſuſcipiatis et quantocius poteritis ſecundum deum et bonam conſcientiam terminetis · testes autem qui fuerint nominati · ſi ſe gratia odio uel timore ſubtraxerint per cenſuram eccleſiasticam compellatis veritati testimonium perhibere.

Actum et datum *colonie* · IIIJ · Kal. nouembris Pontificatus domini INNOCENTIJ pape quarti anno decimo ·

N. CXCVI.

N. CXCVI.

A. 1252. d. 2. Nov. WILHELMVS Rex Romanorum indicat fratri suo FLORENTIO et Balivis Hollandiae, se quaestionem supra memoratam Arbitrio commisisse Capellani sui, mandatque ut ipsum defendant contra quoscumque.

A. 1252. d. 2. Nov.

Ad Cod. Diplom. p. 636.

(Ex Libro Rubeo Bonorum Eccles. S. Iohannis Traiect. fol. 1.)

WILHELMVS dei gratia *Romanorum rex* semper aug. karissimo fratri suo FLORENTIO et vniuersis *nobilibus* et *balliuis* per *hollandiam* constitutis . dilectis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Cum inter nos ex vna parte et viros venerabiles prepositum et capitulum sancti iohannis traiecteñ ex altera super proprietate et possessione *terrarum iurisdictionum* et *decimarum* apud *Ouendrecht* · *Kudelstert* · et *Westsene* · necnon

(1) *Vndecima*] Omnia suadent, datam revera hanc esse Chartam a. 1252. Accuratissime autem in MS. habetur *Ind. vndecima*, uti et p. 637. Nota est *Indictionis* computandae ratio, quae si ab a. 1252. initio, seu d. 25. Decembr. computaretur, duntaxat *decima* dicenda foret. Triplex autem Indictio olim in usu erat, quorum prima *Constantinopolitana* sive Graeca dicta, quae a *primo* die Septembris currebat; altera *Romana*, ab anni Principio, sive d. 25. Dec. sive d. 1. Ian.; tertia *Constantiniana* sive *Imperialis*, a die 24. Sept. V. MABILLON. *De Re Dipl.* II. 24. §. 1. p. 179. *l'Art de verifier les Dates*, Dissert. fol. XI. b. apud nostrates VAN RIJN Aanteek. *op de Kerkelyke Oudheden* D. II. bl. 60. fol. Quando igitur Charta dicitur data *d. 2. Nov. Indict.*

non et locorum vicinorum orta fuisset materia queſtionis · nos A. 1252. d. 2. Nov. de circumſpectione venerabilis viri abbatis ſancti trudonis dilecti *capellani nostri* plenam fiduciam optinentes in preſentia venerabilis patris domini ·H· titulo ſancte ſabine presbiteri cardinalis apoſtolice ſedis legati in eundem abbatem compromiſimus ſuper omnibus ſupradictis · promittentes preciſe quod quidquid ipſe ſuper promisſis inquiſita diligentius veritate mediante iusticia uel amicabili compoſitione duxerit ſtatuendum / ordinandum ſeu etiam arbitrandum obſeruabimus bona fide · et faciemus inuiolabiliter ab omnibus obſeruari prout in litteris nostris ſuper hoc eidem abbati concesſis et confectis exinde plenius continetur · Quocirca deuocionem vestram rogamus attente volentes finaliter / quatenus eidem abbati in ſeruando ius nostrum / quod predicta eccleſia in iure ſuo aliquatenus non ledatur asſiſtatis · cum necesſe fuerit fauorabiliter et benigne perhibentes in premisſis testimonium ueritati · Datum *colonie* · IIIJ · Non. Nouembr. Ind. vndecima (1). anno domini. M · CC · LIJ ·

dict. undecima, hinc conficias, Wilhelmum, eiusve ſcribam, pro more Germanicorum plerorumque Principum adhibuisſe *Indict. Imperialem*, quae a die 24. Sept. antecedentis anni computabatur; ſaltem non esſe uſum *Indictione Romana*. In uſum eorum, qui hunc calculum ignorent, dabo computandi modum. Est autem *Indictio* periodus 15. annorum. Vt invenias igitur verum annum *Indictionis*, adiice datis Christi annis *tres* alios; divide numerum per 15.; quod ſupereſt, erit annus Indictionis. Sic a. 1252. adde 3. facit 1255. divide per 15. { 1255 / 510 } { 83. reſtabunt reſidui anni *Decem*. Currit igitur per annum 1252. Indictio *Decima*, usque ad diem 24. Sept., quo *Ind. undecima* inchoabatur.

N. CXCVII.

A. 1252. d. 3. Dec. INNOCENTIVS IV. Papa confirmat Iudicium WILHELMI Regis de *Margareta*, Flandriae Comitissa, datque Abbati Fuldensi facultatem, ut MARGARETAM, si contumax maneat, excommunicet.

A. 1252. d. 3. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 218.

(MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1053. SCHANNAT *Hist. Fuldens.* Prob. p. 203. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 277. in Charta a. 1253. d. 4. Iul.)

INNOCENTIVS Episcopus, servus servorum Dei, filio dilecto *abbati Fuldensi*, Herbipolensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Dignum est sententias, quae solemniter regio promulgantur oraculo, ut illibatae permaneant, apostolicae firmitatis patrocinio non carere. Exhibita siquidem carissimi in Christo filii nostri WILHELMI, *regis Romanorum* illustris, nobis narratio continebat, quod ipse in generali curia, nuper apud *Frankefort* de antiqua Imperii consuetudine celebrata, per definitivam sententiam de communi consensu principum Imperii eiusdem sibi fidelium ibidem praesentium promulgatam, illos omnes bonis quibuscumque, quae ab Imperio tenebant in feudum, privare curavit, qui super iis investituram infra annum a die, quo apud Aquisgranum in Romanorum regem fuit, divina fa-

ven-

vente clementia, coronatus, a sua celsitudine recipere non curarunt, prout in litteris authenticis confectis exinde, et regio sigillo signatis plenius continetur. Quocirca discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus eamdem sententiam auctoritate nostra facias per te, vel per alios inviolabiliter observari, non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari non possint, vel eorum terrae subiici ecclesiastico interdicto, absque sedis eiusdem speciali mandato, plenam et expressam de verbo ad verbum faciente de indulto huiusmodi mentionem, etiamsi contineatur in eis quod impetratoribus quaelibet dictae sedis indulgentia non obsistat, seu quaelibet indulgentia sedis praefatae per quam tuae iurisdictionis effectus in hac parte impediri valeat, vel differri, sive constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. A. 1252. d. 3. Dec.

Datum *Perusii* III. Nonas Decembris, pontificatus nostri anno x.

N. CXCVIII.

N. CXCVIII.

1254 [Cuvilli. M.]

A. 1253. d. 15. Febr. N. 1. HENRICVS *Leod. Electus* exhibito de ſententia Imperii Mechlinii in gratiam IOANNIS *de Ayesnis* habita testimonio, mandat Hannonienſibus, ut ipſum verum Dominum agnoſcant, eique *homagium* praeſtent.

A. 1253. d. 15. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 219.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1051. MIERIS l. l. bl. 276.)

Nous HENRIS par la graſe de Diu eſlius dou Liege, faſons ſavoir à tous chiaus qui ces lettres veront, que le Juedy apries les octaves de la Candeler, nous fûmes à Mallines, en la preſenſe de mout de nos homes, & là nous mouſtrames unes lettres lesquelles la Conteſe de Flandres avoit à nous envoiies, qui contenoient ces paroles: Qu'ele avoit donet au conte d'Anjo la Conté de Haynau, à lui & à ſes oirs à tous jors —— ——

Et à ce jugement furent come nostre home gentilhome OTHES cuens de Gelres, HENRY cuens de Luſſenborc, ERNOUS cuens de Los & de Cigny, OTHES provos d'Ays, GODEFROY arcedyakenes de Liege, ENGLEBIERS doiens d'Vtreth, ENGLEBIERS arcedyakenes de Liege, THIERIS ſires de Faukemont, HENRIS ſires de Huſaliſe, WATIERS Biertaus, GOSSUINS de Bome, WILHAUME d'Othenai, GOSSEVINS de

de Mile, & Cuenes de Heire. Et por con que toutes ches chofes devant dites foiens fermes & eftables à tous jours, nos avons fait faieler ces prefentes lettres de nostre propre faiel. A. 1253. d. 15. Febr. N. I.

Che fut dounet à Mallines nostre ville le Samedy après lès octaves de Candeler en l'an del Incarnation nostre Segneur MCC. & ciuncquante-trois.

N. CXCIX.

WILHELMVS *Rom. Rex* confirmat antecedens iudicium. A. 1253. d. 15. Febr. N. II.

A. 1253. d. 15. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 219.

(Ex cod. MARTENE l. l. p. 1053. MIERIS l. l. bl. 271.)

WILLAUMES par la grafe de Diu rois de Romains, & toudis acroisfans à tous chiaus qui ces lettres veront fa grafe & tout bien.

Nos fafons favoir à tous, que nous fûmes à Mallines le Juedy apres les octaves de la Candeler, en la prefenfe de mout de nos princes; et là fu dit par droit & par jugement ke li home qui tenoient terres & fies en la Conté de Haynau dou figneur de Haynau, devoient faire homage à nostre chier prince & nostre chier ferouge IEHAN *d'Avesnes*, fil la Contesfe de Flandres, come à lor fegnor & à droit hoir de la terre, & tel jugement qui là fu fais, nous le loons & approuvons, & vo-

A. 1253. d. 15. Febr. N. 11. lons qui soit tenus à tous jors fermes & estables, ensi qu'il est contenu es lettres nostre chier prince & nostre cousin HENRY par la grasse de Diu esluis dou Liege, lesqueles lettres li devant dis IEHANS a dou devantdit esliús. Et toutes ces choses devantdites nous les confremons come souvrains Sires par l'auctorité roial de nostre propre saiiel. Che fu donnet à Mallines l'an de l'Incarnation nostre Segneur MCC. ciuncquante-trois, le Samedy apries les octaves de la Candeler.

N. CC.

A. 1253. d. 4. Iul. N. 1. *Abbas Fuldensis* H. dictae excommunicationis exsecutionem committit Abbatibus S. Laurentii *Leodiensi* et *Lobiensi*.

A. 1253. d. 4. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 218. f.

(MIERIS Ib. bl. 277. ex MARTENE l. l. T. I. p. 1053. Cf. SCHANNAT *Hist. Fuld.* Prob. p. 203.)

H. . . . . . divina permisfione, Abbas Fuldensis, monasterii ordinis sancti Benedicti, exsecutor a domino Papa deputatus, religiosis viris . . . sancti Laurentii *Leodiensis* et *Lobiensis* Cameracensis Diocesum monasteriorum Abbatibus, salutem et mandatis apostolicis obedire. Litteras domini Papae, non cancellatas, nec abolitas, nec in aliqua parte vitiatas recepimus in haec verba:

[Sequitur Bulla, quae supra habetur p. 642.]

Quia vero Nobilis mulier M. *Flandriae Comitissa*, terris ac bonis

bonis illis universis, quae *ab Imperio* tenere debebat in Feudum, in generali Curia apud *Frankenfort* de antiqua Imperii consuetudine celebrata, per definitivam sententiam, latam a serenissimo Domino nostro W. *Rege Romanorum* illustri, de consensu Principum ibidem praesentium ob hoc fuerit rite privata, quod *investituram* praedictorum bonorum ac terrarum ab eo infra annum, quo apud Aquisgranum in Romanum Regem fuit, divina favente gratia, coronatus, recipere non curavit: discretioni vestrae, auctoritate domni Papae, qua fungimur in hac parte, in virtute sanctae obedientiae, et sub poena suspensionis, quam ex nunc in vos ferimus, si mandati nostri fueritis contradictores, districte praecipiendo mandamus, quatinus ad dictam Comitissam personaliter accedentes, vel ad domicilium eius, si suae praesentiae habere copiam non poteritis, diligenter moneatis eamdem, ut praefatae sententiae pareat, et se contra ipsam sententiam de bonis ac terris predictis ulterius nullatenus intromittat; alioquin si in sua contumacia, seu rebellione per sex septimanas post vestram monitionem perseveravit, ipsam auctoritate nostra, imo apostolica ex tunc excommunicetis, et excommunicatam nuntietis publice in locis omnibus fueritis requisiti: et si sic eius rebellio refraenari non poterit, *totam Terram* ipsius supponatis Ecclesiastico interdicto, *Nobiles* vero et *Communitates* Castrorum ac Oppidorum, ceterosque cuiuscumque conditionis homines A. 1253. d. 4. Iul. N. I.

A. 1253. d. 4. Iul. N. I. mines *in Quatuor Officiis*, *Wasia*, *Geraudi-monte*, ac *Comitatu de Alost* (1), constitutos personaliter, vel per vestras litteras diligenter monere curetis, ut, dictae parentes sententiae, subtrahant se a praefatae dominio Comitissae, nobili viro IOHANNI *de Avesnis*, quem dictus dominus Rex de praenominatis terris ac bonis feudaliter investivit, in omnibus pareant, et intendant; alioquin ipsos excommunicari publice faciatis: in iis autem exsequendis alter alterum non expectet.

Datum apud *Fuldam* IV. Nonas Iulii, anno Domini MCCLIII.

(1) *Comitatu de Alost*] Omittitur mentio *Terrae Zeelandiae* sive *Schaldanae*; quod nemo miretur. Scripta est haec Epistola ad duos Abbates *Monasteriorum Dioecesis Episcopi Cameracensis*, sub quo et *Tornacensis*: cui illas duntaxat in terras erat ius et auctoritas; minime vero *in Zeelandiam*. Vnde dubio caret, eiusdem tenoris literas ab *Abbate Fuldensi* fuisse scriptas ad *Episcopum Traiectensem*, cuius haec *dioecesis* erat. Vt alibi docui.

N. CCI.

A. 1253. d. 4. Iul. N. II.

Narratio de captis Flandriae Comite, et multis aliis primae nobilitatis.

A. 1253. d. 4. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 219.

(DVCHESN. *Histoir. de la Mais. de Bar-le-Duc*, p. 38.)

THIBALDVS uxorem habuit IOHANNAM Flandr. filiam MARGARETAE Com. Flandr. et WILHELMI de Dampetra, adeo-

adeoque ſororem WILHELMI, GVIDONIS, et IOANNIS Flandr. A. 1253. d. 4. Iul. N. II.

P. 39. Fratrem GVIDONEM Flandr. adiuvit in praelio adverſum *Com. Holland.* a. 1253. ſed captus est cum REINALDO Barrenſi fratre ſuo, GVIDONE Comite, IOHANNE Dom. Dampetrae, ARNVLFO Com. Guinens., ERARDO de Chacenay. In eo praelio oculum perdidit — — —

(DV CHESNE, Preuv. *de l'Hist. de la Maiſon de Bar-le-Duc*, p. 34.)

Extraict d'vne brieue Chronique de l'Abbaye de Molesmes eſcrite à la main.

Anno MCCLII. *Comes Flandrenſis* pugnauit contra *Comitem de Hollandia.* In quo bello capti fuerunt *Comes Flandrenſis* et *frater* eius, et Comes *Barri-Ducis*, et Frater eius, EVRARDVS dictus de Chacenay, et multi alij capti et occiſi.

Ib. p. 34. *Extraict d'vne petite Chronique en vers, tirée du Cartelaire de l'Abbaye de S. Magloire de Paris.*

l'An mil deus cens cinquante ſis
Fu TIBAUS li Quens de Bar pris
En la bataille de *Hollande*,
Dont toute la gent fu dolente.
Et il i fu en l'euil bleciez,
Dont il en fu moult courrouciez (1).

(1) Non conveniunt in anno pugnae; ſed ſatis certa est Epocha. Alia testimonia hic non congeram. Vid. WAG. *Vad. Hist.* D. II. bl. 392. ſqq.

N. CCII.

A. 1253. d. 20. Iul. WILHELMVS Rex Rom. confirmat ſubinfeudationem Comitatus Namurcenſis ab IOHANNE de Aveſnis factam Comiti *Lucemburgenſi.*

A. 1253. d. 20. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 218.

(Ex LVDEWIG *Reliq.* MSS. T. V. p. 446. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 278.)

WILHELMVS Dei gratia *Romanorum Rex*, ſemper Auguſtus Villico, Scabinis totique communitati villae Namurcenſis, dilectis fidelibus ſuis, gratiam ſuam et omne bonum. Cum omnia Feoda, quae Comitisſa Flandriae a Nobis et Imperio tenebat titulo feudali, fuerunt iam dudum ſibi, per Principum ſententiam, penitus abiudicata; nosque Comitatum Namurcenſem nominatim et quandam aliam partem praedictorum feudorum nobili viro IOANNI *de Auſnis*, dilecto ſororio et fideli noſtro etc. feodali titulo duximus concedendum: idem Sororius noſter nobili HENRICO, *Comiti Lucemburgenſi*, *Rupenenſi* et *Marchioni Arlumenſi*, Comitatum eundem cum omnibus appendentiis dedit in feudum, et noſtra et totius Curiae Noſtrae preſentia, ſuum recepit homagium ſuper eo. Nos vero, ipſam collationem et donationem, quam dictus Sororius noſter fecit Comiti notato, de dicto *Comitatu Namurcenſi* et

eius

eius appendentiis approbantes, eam de nostro procesſiſſe beneplacito et asſenſu, tenore praeſentium protestamur, ac collationem et donationem eandem denuo praeſentis ſcripti patrocinio confirmamus; prudentiae Vestrae diſtincte mandantes: quod vos, praedicto *Comiti Lucemburgenſi*, tamquam vero et legitimo Domino vestro in omnibus obedire curetis, ſcituri pro certo: quod, ſi in hac parte adimpleveritis beneplacitum nostrum et mandatum, vos contra molestatores quoslibet defendamus, prout de iure hoc facere tenemur, vestrisque commoditatibus et profectibus in nostra curia, et ubicunque posſumus liberaliter intendemus. A. 1253. d. 20. Iul.

Datum *Albertimonte* (1), MCCLIII. XIII. Calendas Augusti Indictione XIII. [XI.]

(1) *Albertimonte*] Haec Charta, in vico *Kennemariae Albrechtsberge* ſive *Alberti Monte* data, refertur ad hunc Annum; ſed ſi recte habet *Indictio XIII.* referenda esſet ad a. 1255. cui tamen obſtare videtur alia Charta d. 12. Febr. a. 125⅓. ib. LVDEWIG p. 447. quae huius iam infeudationis meminit. Nihil deſinio.

N. CCIII.

Exſecutio mandati d. 4. Iul. p. 646. ad Decanum *in Waſia*. A. 1253. d. 18 Sept.

A. 1253. d. 18. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 219.

(EX MARTENE T. I. p. 1055. ibid. MIERIS D. I. bl. 278.)

HENRICVS Dei gratia S. Laurentii Leodienſis exſecutor a viro religioſo Abbate Fuldenſis monaſterii ordinis ſancti

 Bene-

A. 1253. d. 18. Sept. Benedicti Herbipolenſis dioceſis, exſecutore a Domno Papa deputato, conſtitutus, *Decano* Eccleſiae *in Waſia* Chriſtianitatis, Tornacenſis Dioceſis, ſalutem in Domino.

Noveritis nos recepiſſe mandatum praedicti abbatis, in haec verba:

H. divina permisſione abbas Fuldenſis monaſterii, etc. [ut ſupra p. 646.]

Huius igitur auctoritate mandati vobis in virtute ſanctae obedientiae, ſub poena ſuſpenſionis, quam ex nunc in vos ferimus, ſi mandati noſtri fueritis neglectores diſtricte praecipiendo mandamus, quatinus omnibus Presbyteris Parochialibus veſtri *Decanatus*, prout vobis ſubiiciuntur, ſub poena praedicta veſtris detis litteris in mandatis, ut ſinguli in ſuis eccleſiis publice citent peremtorie *Nobiles* infeudatos, *Caſtellanos*, Scultetos maiores, ſcabinos capitales, ac alios ſcabinos, Communitates Caſtrorum ac Oppidorum, ceteroſque cuiuscumque conditionis homines, prout eis ſubiiciuntur, ut feria quinta poſt feſtum beati Matthaei, hora nona coram nobis *Rupelmundae* compareant, mandatum Domni Papae diligenter audituri, intimantes eisdem, quod ſi non venerint, faciemus eos pro tanta contumacia excommunicationis innodari ſententia, et nihilominus in dicto mandato procedemus, prout de iure fuerit procedendum. Vos etiam, decane, die, loco, et hora praedictis compareatis coram nobis perſonaliter.

Datum

Datum anno Domini MCCLIII. feria v. post Exaltationem Sanctae Crucis. A. 1253. d. 18. Sept.

N. CCIV.

WILHELMVS Rex Rom. Beghinis de *Medioburgo* benefacit. A. 1254. d. 7. Febr.

A. 1254. d. 7. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 299.

(Ex Originali *Vidimus* productum exhibet MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 280.)

WILHELMVS, Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus, universis *Sculteti per Zelandiam* constitutis, dilectis fidelibus suis gratiam et omne bonum. Cupientes personas religiosas et loca benigno favore prosequi et gratia speciali dilectis nobis in Christo Beghinis de Middelburgh, Terram, in qua ipsarum *curia* sita est, ab omni *expedicione*, tallia et alia qualicunque exactione liberam duximus concedendam tenore presencium decernentes, quod predicte Beghine infra predictam curiam commorantes, de tota terra sua stabunt iuri coram Scabinis *de Middelburgh* sicut alii oppidani loci eiusdem, et eadem gracia fiet eisdem Beghinis que predictis solet fieri oppidanis.

Datum in *Middelburgh* VII. Idus Februarii, Indictione Duodecima, anno Domini M. CC. L. quarto.

 N. CCV.

N. CCV.

A. 125¾. d. 11. Mart. WILHELMVS Rex Rom., Comes Hollandiae, nova dat statuta, iura et libertates, Oppido Medioburgo in Zeelandia (1.).

A. 125¾. d. 11. Mart.

Ad Chronic. p. 77. a. et Excurs. VII. p. 104, 277, 300.

(Ex Originali in Archivis Vrbis Medioburg. Locul. I. n. 60. (1))

In de name des Vaders · ende des Soens · en̄ des heleghes Ghests · WILLEM bi der gratien gods *Koning van Rome* en̄ altoes August9 · Ende *graue* van *holland*. Alle den ghenen die desen brief Anesien' sine gratie ende al goed · Omme zonderlanghe vrienschepe dar wi bi minnen de portres van *middelbg* · gheuen wi hem dese choere en̄ dit recht dat in desen brief ghescreuen staed · So war dat hem —— ——

—— —— —— —— —— —— —— ——

[§. 14.] Sowat manne te midd.' te banne word ghedaen ome ghesekerde schoud of omme roef' wi sone* hust · of hofd · of houd bin sinen ambochte tussche *masemude* en̄ *hedinsee* buten midd' ——

* i. e. zoo een.

—— —— —— —— —— —— —— ——

[§. 17.] In

(1) Habetur quidem haec Chora bl. 271. sqq. a. 1253. (omnium, quantum mihi constat, quae Lingua vernacula datae sunt, antiquissima) apud MIERIS *Charterb.* D. I. sed quantum a verae Orthographiae norma abeat, ex paucis hisce quae dabo speciminibus iudicent periti. Integram Choram nimis

[§. 17.] In zo wat herschepe den portres van midd' buten A. 1253. d. 11. Mart.
graueschepe van Holland (2) onrecht word gedaen' die portres moghen sowie zot' es* ute dien herschepe die comt *int* * i. e. zo het is.
grauefchep van holland mets grauen *rechtere* aresteren —— ——

—— —— —— —— —— —— ——

[§. 30.] Sowar so portre van midd' eneghen man vínd bín den *grauefchepe van holland* die hem schoud schuldech es' hi moghen aresteren mets grauen rechtere —— —— ——

—— —— —— —— —— —— ——

[§. 34.] Sowat so ghefchied bín *arne* . of up den dijk . of ene roede bín den dike' dat sal men berechten bín midd. eñ bi der chore van midd.

[§. 35.] Sowie zo woend tusche *masemude eñ hedinzee* slaed of roefd port' but' port' men sal ne daghen te rechte te stane bín midd' up den darden dach.

—— —— —— —— —— ——

[§. 54.] Wat mesdade die ghefchied bín midd' als de here es *tusche bornisse eñ hedinzee* dat zalmen betren twischatte. —— —— —— —— Niemene ne moet aresteren ne panden portre uan

mis prolixam ex Autographo descriptam alia occasione sermonis Belgici amantibus haud invidebo; quae ad rem praesentem faciunt, nunc dedisse contentus. Periit temporis diuturnitate Sigillum.

(2) *Holland*] Saepius iam indicavi, sub hoc titulo, *Graafschap* seu *Comitatus Hollandiae* comprehendi etiam *terras Zeelandicas*. Quod infra sequitur *Arne*, est nomen fluvii sive portus nunc exsiccati.

A. 1253. 4. 11. Mart. uan midd' bin den *graueschepe van holland* zonder om zijn eghine schoud.

——— ——— ——— ——— ——— ——— ———

[§. 59.] Sowat mesdade die loept ant vierendeel van enen man of dar bouen / dat sal *de here* berechten · of de ghene die *rechtere es ouer al zeland* · of die ghemene *rechter* (3) *es bewesterscheld*. ——— ——— ———

Omme dat dese chore stade bliue en̄ ewelik' zo hebben wi ze ghedaen beseghelen met onsen konegheleken zeghele. Ende verbieden dat bi onser koninghleker gheweld · en̄ onser graueleker gheweld (4) dat niemene weder, dese chore ne doe · ende die dat dade' hi soude hebben onsen evelenmoed. Behouden in allen sticken · onser koningleker ere en̄ Recht ende onser graueleker. Dese brief word ghegheuen ende ghezegheld tot *Dordrecht* in zinte gregorijs auende die was in ons heren dusentechste iaer en̄ tve hondertechste · en̄ drie ende vichtechste · en̄ tvelefste indictie (5)·

(3) *Rechter*] Tria hic distinguuntur, 1°. *de Here*, Dominus, id est, ipse Princeps. 2°. *De Rechter over al Zeeland*, totius Zeelandiae Iudex, qui *Castellanus* Zeelandiae audiebat, et 3°. *De Rechter Bewester Scheld*, qui hodie *Baliuw en Rentmeester Bewester Scheld*, cuius *Iudicis* hic antiquissima vestigia observent veteris Politicae amantes.

(4) *Geweld*] Absunt hae voces MIERISIO, *ende onser graueleker gheweld*. Quod autem *geweld* ponatur pro *macht*, i. e. potentia sive maiestate, docui ad CHRONICON p. 77. a. Alibi *mogentheid*, supra p. 600. vel *hoogheid* et *heerlijkheid* p. 601.

(5) *Indictie*] Satis aperte XII. *Indictio* docet, pertinere Chartam ad a. 1254. non vero, ut male MIERIS ad a. 1253.

N. CCVI.

N. CCVI.

INNOCENTIVS IV. Papa suspendit Excommunicationem, latam ab Abbate Fuldensi in MARGARETAM Flandriae Comitissam, ut possit de Compositione agi. A. 1254. d. 14. Mart.

A. 1254. d. 14. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 220.

(Ex MARTEN. *Thes. Anecd.* T. I. p. 1057. MIERIS l. l. bl. 281.)

INNOCENTIVS *Episcopus*, servus servorum Dei, venerabili fratri *Episcopo* et dilecto filio archidiacono Tornacensi salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum ad sopiendam periculosam discordiam, quae inter carissimum in Christo filium nostrum W. *Romanorum* Regem illustr. et nobilem mulierem M. *Comitissam Flandrie* et *Haynoniae* nimis invaluit, proponamus unum ex fratribus nostris ad partes illas in proximo destinare: ut ante ipsius adventum de modo Compositionis, et iis quae sunt ad compositionem praeambula, commodius tractari valeat hinc et inde; volumus, et per apostolica scripta vobis mandamus, quatinus excommunicationis sententiam, quam in ipsam et quosdam eius homines *Abbas Fuldensis Herbipolensis* dioecesis promulgari fecit, auctoritate litterarum nostrarum, ut dicitur, iuxta formam ecclesiae relaxantes, effectum interdicti lati de mandato ipsius Abbatis in terram eiusdem *Comitissae* protinus suspendatis, iniuncto sibi in

A. 1254. d. 14. Mart. virtute praeſtiti iuramenti, ut treugas ineat et eis vel ipſarum tractatu durante, per ſe vel alium eidem Regi et ſuis guerram, dummodo ei non moveatur, non moveat, nec motam etiam proſequatur.

Datum *Laterani* 11. Idus Martii pontificatus nostri anno undecimo.

N. CCVII.

A. 125¾. M. Mart. ARNVLFVS Comes Gisnenſis declarat ſe debere Scabinis ſuae terrae 20720. L. Paris., datas ab illis pro redemtione ſua a captivitate Hollandiae.

A. 125¾. M. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 221.

(Extraict d'un Registre du Threſor des Chartes de la Comté d'Artois, apud DV CHESNE, *Hiſtoire de la Maiſon de Gand*, Preuv. p. 289.)

Lettres D'ARNOUL *Comte de guines*, & Chastelain de *Bourbourg*, pasſées ſous ſon ſeau l'An MCCLIII. (1) au mois de *mars* par lesquelles il confesſe devoir à ſes *eſchevins* des quatre bans de la terre de *guines*, c'est à ſcavoir de *guines*, *d'ardres*, *d'audruic*, & de *Bredenarde*, vingt mille ſept cens vingt Livres pariſis, lesquelles ils luy ont presté de leur propre Catheu, &

(1) Annus ex ſtilo Francico hic computatur; idque certum ex eo est, quod Mens. Iul. a. 1253. demum pugna fuit inita, in qua captus *Arnulfus Gisnenſis*. Cf. ſupra p. 649.

& firent leur debte pour luy envers plusieurs Bourgeois d'arras à son tres grand Besoin, & pour le racheter *de la prison de hollande*, & consent que s'ils n'estoient payez & contentez à leur semonce, & voulenté, ils puissent vendre rentes à vie sur le dit Comtè & sera tenu payer les rentes. A. 1253. M. Mart.

N. CCVIII.

INNOCENTIVS IV. Papa Controversias inter WILHELMVM Regem, et MARGARETAM Comitissam Flandr. componendas mandat P. . . . Diacono Cardinali S. Georgii ad velum Aureum, Apostolicae sedis Legato. Adiecto altero mandato de finienda lite super Natalibus IOHANNIS et BALDVINI de Avesnis. A. 1254. d. 2. Maii.

A. 1254. d. 2. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 220.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1058. apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 281.)

INNOCENTIVS *Episcopus*, servus servorum Dei, dilecto P. Sancti Georgii ad Velum aureum Diacono Cardinali, Apostolicae sedis legato, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum de tuae circumspectionis industria plenam fiduciam obtinentes ad reformanda inter carissimum filium nostrum WILHELMVM, *Romanorum Regem* illustrem, ac dilectam in Christo

to

A. 1254. d. 2. Maii. to filiam, nobilem mulierem, *Comitissam Flandrensis* pacis foedera, te ad partes illas specialiter, commisso tibi plenae legationis officio, destinemus; discretioni tuae ad nullius instantiam propriae providentiae nostro motu per Apostolica scripta mandamus, quatinus, si aliquid inter dilectos filios, nobiles viros, G. *Comitem Flandrensem* et IOHANNEM *de Dampetra* ex parte una, et IOHANNEM et BALDVINVM *de Ayesnis* fratres ex altera, super ipsorum I. et B. *de Ayesnis* natalibus vel aliis emerserit quaestionis; tu ad illud concordia sopiendum interponas efficaciter partes tuas: si vero id per pacis et concordiae semitam nequiveris de medio submovere, causam sive causas, non obstantibus aliquibus litteris, a predicta sede vel legatis ipsius super hoc obtentis, et processibus habitis, per easdem audias, et eas infra terminum, de quo tibi videbitur expedire, si de partium voluntate processerit, ratione praevia, terminare procures, faciens, quod decreveris, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari: alioquin ipsas ex tunc instructas vel non instructas, et pacis tractatum, si quis habitus fuerit, ad Apostolicum remittas examen, praefixo partibus peremtorio termino competenti, quo per se, vel per procuratores idoneos cum omnibus actis munimentis et rationibus suis, causas huiusmodi contingentibus, nostro se conspectui repraesentent, facturae super hoc et etiam recepturae, quod bonum pacis suaserit vel ordo dictaverit rationis.

Da-

Datum *Asſiſii* VI. Nonas Maii pontificatus noſtri anno undecimo. A. 1254. d. 2. Maii.

N. CCIX.

Laudum ſive ſententia WILHELMI Abbatis S. Trudonis de terris *Ouendrecht*, *Cudelſtert*, et *Westfene*, ex Compromiſſo inter WILHELMVM Regem Rom., et Capitulum S. Iohannis inito. A. 1254. M. Maio.

A. 1254. M. Maio.

Ad Cod. Diplom. p. 291. not. et p. 636.

(Ex Libro Rubeo Bonorum Eccleſiae S. Iohann. Trai. fol. 1. vs.)

In nomine domini amen · Vniuerſis preſentibus et futuris · W · dei gratia abbas ſancti trudonis ordinis ſancti benedicti leodien̄ dyoc̄ *capellanus* ſerenisſimi · principis domini · W · dei gratia *regis romanorum* illuſtris · ſalutem in domino et cognoſcere veritatem · Ea que iudicio uel concordia terminantur. firma debent et illibata perſiſtere et ne in recidiue contentionis ſcrupulum relabantur ſcripturarum conuenit preſidio communiri · Hinc est quod vniuerſitati veſtre tenore preſentium innotescimus quod cum inter ſerenisſimum principem dominum noſtrum *regem Rom̄* predictum ex vna parte · et viros venerabiles *prepoſitum* et *capitulum* eccleſie ſancti iohannis in traiecto ex altera · ſuper posſesſione proprietate *terrarum iuriſdictionum* et *decimarum* apud *Ouendrecht* / *Cudelſtert* et *Westvene* / necnon et

Ooooo 3 de

A. 1254. M. Maio. de quibusdam alijs locis vicinis orta dudum fuisset materia questionis. Tandem in presentia venerabilis patris domini HVGONIS. t. t. sancte sabine presbiteri cardinalis in partibus alamanie apostolice sedis legati accedente vtriusque partis consensu in nos extitit compromissum prout in litteris ipsius domini *regis* necnon *prepositi* et capituli ecclesie sancti iohannis predicte, ac reuerendi patris domini HVGONIS cardinalis predicti plenius continetur. Nos vero super premissis recepto in nos onere . et auctoritate arbitrandi ordinandi seu statuendi ad loca predicta personaliter accedentes / de premissis diligenter inquisivimus instrumenta examinauimus / testesque iuratos recepimus. et eorum dicta in scriptis redegimus. et sic diligenter inquisita veritate et examinato *de plano* et summatim negocio / inuenimus possessionem decimarum dictorum locorum et aliorum vicinorum ad *prepositum* et *capitulum* ecclesie sancti iohannis predicte pleno iure pertinere / necnon et ipsos et antecessores eorum a longis retroactis temporibus de quibus non extat memoria in predictorum possessione pacifica extitisse / licet quandoque quidam *baliui Hollandie* dominorum suorum *terminos extendere* (1) *cupientes* aliqua de premissis inuaserint . et occupauerint

(1) *Extendere*] Notentur verba memorabilia, quae docent, quam multa saepe mala ex ambitione Ministrorum Principis oriantur, quae in ipsos Principes redundare non debeant. Prudenter igitur ac laudabiliter egit WILHELMVS Rex et Comes, quod aliis examinandam hanc quaestionem curaverit, qua de re supra p. 636. (1) W. HEDAE iudicium dedimus.

rint minus iuste in salutis sue et dominorum suorum graue periculum et iacturam · · Nos igitur habito *iurisperitorum et multorum proborum* consilio iusticia exigente et virtute obedientie nos ad hoc finaliter compellente / preposito et capitulo supradictis possessionem decimarum de *Ouendrecht* / *Cudelstert* / *Westvene* / necnon et locorum vicinorum · cum suis pertinencijs per sententiam diffinitiuam in hijs scriptis adiudicamus predicto domino nostro *regi* super eisdem per eandem nostram sententiam perpetuum silentium imponentes · Ordinantes etiam quod predictus dominus noster rex prepositum et capitulum supradictos de predictis decimis vsque ad medietatem *venne inculte* · exnunc in antea in pace gaudere permittat / nec ipsos super eisdem perturbet aliquatenus uel molestet sed potius predictam nostram sententiam · et ordinationem obseruet bona fide / et faciat inuiolabiliter obseruari · Reseruantes nobis nichilominus pote-

A. 1254. M. Maio.

(2) *Mense Maio*] Habebatur in eodem Libro MS. fol. ij. Charta WILHELMI Abbat. S. Trudonis a. dom. M. CC. sexagesimo quarto mense Febr. *feria quinta post fest. bti mathie apost. continuata a die precedente*, cui inseruntur

1. Compromissum Wilhelmi Regis super hac quaestione, *Colonie* iiij. *Kl. Nov. Ind. vndecima anno dni* M. CC. *quinquagesimo secundo*. (supra p. 636.)

2. Compromissum Praepos. et Capit. S. Iohannis, *actum colon.* iiij. *Kl. nouembr.*, eod. anno.

3. Iussum Hugonis Cardinalis, iiij. *Kl. nouembr. pontificat. dni innoc. pp. quarti a°. decimo*, (supra p. 638.) in qua repetit ac priorem comprobat sententiam, rogatque Capitulum, ne factum *Regis Wilhelmi eiusque balivorum* cedat in eorum salutis detrimentum, sed condonent, ac *Regis Anniuersarium in missis vigiliis et in alijs suffragiis karitatis obseruent*.

Sae-

A. 1254. M. Maii. testatem arbitrandi et pronunciandi super omnibus alijs que in litteris compromissionis plenius continentur . .

Da-

Saepius autem postea eadem de re inter Praepos. S. Iohannis et Hollandiae Principes, imprimis post translatum in Carolum V. omne temporale Episcopi Dominium, circa iura nonnulla ortae sunt controversiae eaeque gravissimae, de quibus multa quidem habet MATTH. *de Iur. Glad.* p. 60., et *de Nobil.* p. 433. sqq. sed primaria multa Documenta videre ipsi non contigit: imprimis quae acta sunt post sententiam a. 1562. d. 23. Dec. in Privato Regis ac Comitis Concilio latam. Servo ea omnia Belgice scripta sub nomine: *Bewijs van alle gerechtigheden, preëminentien hoocheden Iurisdictien enz. inde Proostdye S. Ians* etc. unde quae ad subiectam spectant Controversiam sic habent:

§. XIIJ. „ Nyet te min tes gebeurt „ dat de graue WILHEM *van hollandt* „ ende *Coninck van Roomen*, twistich gewerden sijnde jegens den *proost* „ ende *capitle* van *Sint Ians* 't Vtrecht „ voirsz. aengaende der *posfesfien* ende *rechten* van den *landen Iurisdictien*, ende *thienden* in *ouendrecht*, „ *culdelfiert*, ende *westuene*, mitsgaders in andere plaetsen daer omtrent „ gelegen sijnde, in effect die prooftie „ van sint Ians voirsz., die voirsz. „ partien huerlieder geschillen deur „ tusschenspreken van eenige persoenegen gestelt ende gecompromitteert „ hebben, in tzeggen ende verclaeren „ van heer WILLEM, doen ter tijt „ abt van *St. truyen*, naer inhoudt „ des brieuen van requisitie eñ submissie, zoe wel van den voirsz. Coninck WILHEM als den *proost* van „ St. Ians voirsz., als oic van den „ cardinal HVGHO, mediateur tusschen denseluen partien.

§. XIIIJ. „ Ende vuyterlycke soe „ heeft die voirsz. Abt WILHEM van „ *sint truyen* die voirsz. saeke naer rype ondertastinghe ende inquisitie, „ terminerende verclaert, geuonden „ te hebbene die posfesfie ende trecht „ van den voirsz. Jurisdictien ende „ thienden der voirsz. plaetsen, ende „ van andere daeromtrent gelegen, den „ voirsz. proost eñ capitle van sint „ Ians te competerene in vollen rechte, ende dat zylieden, ende heure „ voirsaten van soe seere langen ende „ ouden tyde daer van geweest zijn in „ paisible posfesfie, dat gheen memorie ter contrarien en was, hoewel „ nochtans eenige *baillouwen* van *Hollandt* begeerende te extendeeren die „ limiten van hueren heeren gepoocht „ gehadt hadden eenige plaetsen inde „ voirsz. prooftie te inuaderen ende „ occuperen, nochtans ondeuchdlijck „ ende onrechtueerdelijck tot haerder „ ende heurder heeren groote onsa- „ licheyt

Datum anno domini · M° · CC° · LIIIJ°. Menſe Maio (2) · A. 1254. M. Mart.

„ licheyt ende pericle daeromme die „ voirſz. posſesſie ende recht van den „ voirſz. Iurisdictien ouer allen den „ voirſz. plaetſen van der prooſtien „ den voirſz. proost adjudicerende, „ breeder blyckende by der ſententie „ arbitrale, des voirſz. heere abts van „ ſint truyen, in date duyſent IJ^{c}. „ LXIIIJ. den v^{en}. february, al ge- „ beurt by wille wete eñ conſente des „ bisſcops van Vtrecht doen inder tijd „ weſende ".

N. CCX.

HENRICVS *de Lecka* a Capitulo Eccles. S. Mariae Traiect. variis conditionibus *Teloneum de Smithuiſen*, et *Curtes Ewijk* et *Malberg* ſub annua penſione recipit (1). A. 1255. M. April.

A. 1255. M. April.

Ad Cod. Diplom. p. 198. *et p.* 423.

(Ex Archivis Eccleſiae S. Mariae Traiect. Loculo C. 4)

In nomine domini amen · Qve geruntur in tempore ne temporis effluente curriculo facilius elabantur · litterali ſolent apice necnon testium ſubſcriptione frequentius perhennari · Nos igitur HENRICVS *de lecca* miles · notum facimus vniuerſis preſentia viſuris · ac preſenti ſcripto proteſtamur et recognoſcimus

(1) Est haec Charta, *Chirographa* quae vocatur, ſive *Chirographiſata*, cuius in ſuperiore parte exſtat ima pars literarum, *in honore beatisſime Marie ſemper uirginis i · · · · · domino: amen*: quo de uſu dixi p. 198. ubi vid. TAB. IV. n°. 5. De re ipſa conferantur Chartae p. 423, 466. et infra a. 1255. d. 23. Aug.

A. 1255. M. April. mus quod nos theolonium in *Smithusen* · Decani et Capituli Ecclesie beate Marie Traiecten̄ cum curtibus suis · *Elnwijch* · et *Malberge* recepimus ab ipsis · Decano et Capitulo · jn pactum perpetuum iure hereditario possidendum · sub tali videlicet conditione · quod in festo Beatorum Philippi et Iacobi apostolorum · Centum modios purioris et melioris *tritici* quod dicitur *yrencsweite* si inuenitur uenale in traiecto · alioquin purioris et melioris quod ibi uenale inuenitur · Et in festo natiuitatis beati Iohannis baptiste · viginti et vnam libras traiecten̄ Legalium denariorum · Item in festo remigij centum modios purioris et melioris tritici · secundum quod dictum est · et in festo palmarum · viginti · et unam · libras traiecten̄ legalium denariorum dictis decano et capitulo Ecclesie beate marie et eorum successoribus *pacti* (2) nomine singulis annis in *traiecto* persoluemus · Preterea dimidiam marcam colonien̄ in ascensu nauis eorum quam mittent pro uino suo versus *bethendorp* · et in descensu fertonem vel porcum valentem / fertonem (3) nuncijs suis singulis annis in *smithusen* persoluemus ac ipsos tam in ascensu quam descensu nauis predicte · in cibo et potu ibidem procurabimus honeste · Si uero bona ipsorum in *bethendorpe* ab ipsis vendi · aut aliquo modo alienari aut nuncios eorum quoquo casu

(2) *Pacti*] Vox Latina non est, sed mere Belgica siue Germanica, notatque usu Iuris German. locationem siue concessionem praedii, bonorum, decimarum, aut iurium sub censu annuo, eamque vel ad vitae terminum, vel iure

ſu aſcendere · ſeu deſcendere cum naue ſua non contigerit' extunc dicti nouem ſolidj colonieñ in festo palmarum cum pacto quod tunc ſoluendum est · ipſis ſoluemus in traiecto. Que omnia nos tactis ſacroſanctis in altari Eccleſie beate marie in traiecto · certis temporibus ut predictum est dictis decano et capitulo preſentibus' nos velle et debere ſoluere et quod fidelitatem eccleſie predicte ſeruabimus in omnibus ſpontanee et animo libero iureiurando duximus confirmandum. Et quod per aliquam exceptionem' ſiue ſpoliationis · ſiue quod non erimus ſoluendo · ſeu cuiuslibet alterius' ſolutionem huiusmodi non impediemus' nec contra capitulum per hoc a ſolutione debebimus nos tueri. Immo ſingulis annis pactum ut dictum est perſoluemus · ſine contradictione qualibet · quamdiu eadem bona tenere uoluerimus · et donec ea ipſis expreſſe duxerimus reſignanda. Elegimus ut ſi predictis temporibus · ſeu eorum aliquo dictum *pactum* etiam modo preſato non perſoluerimus' quod ſtatim ſententiam excommunicationis · et elapſis post hoc ſeptem diebus / reatum periurij ipſo facto incurrimus · et quod A. 1255. M. April.

Reliqua mutatis mutandis eadem, quae habet HENRICVS DE ALBLAIS in Charta infra a. 1255. d. 23. Aug. p. 671. l. 19. *Conſervator quem* — usque ad voces *inuiolabiliter obſeruando* p. 673. l. 19. Ac tunc:

In cuius facti munimen et memoriam ſempiternam preſens *cyrogra-*

iure hereditario, uti hic. Vid. HALTAVS, *Gloss. Germ. med. aevi* V. PACHT p. 1453.

(3) *Fertonem*] Eſſe *fertonem* ſpeciem monetae, vulgo quartam Marcae partem valentis, alibi monui.

A. 1255. M. April. *rographum* figillo nostro et figillis virorum uenerabilium Decani et Capituli prefati ecclefie Beate marie · Maioris · fancti faluatoris · fancti Petri · fancti Iohannis · Decanorum et Capitulorum Ecclefiarum · Necnon abbatis et conuentus Monafterij fancti Pauli Traiecteñ et nobilis viri THEODERICI *Comitis Cliuenfis* · ERNESTI *de Wluen* · ALARDI *de Buren* · GISELBERTI *de Goy* · et GISELBERTI *de Crempen* militum · quibus prefentibus hec acta funt · fepefatis · Decano et Capitulo Ecclefie beate marie traiecteñ eorumque fuccesforibus contulimus roboratum · Actum et Datum Traiecti Anno · gratie · Domini · Millefimo · Ducentefimo · Quinquagefimo · quinto · Menfe Aprili ·

* * *

Appenderunt eleganti huic Chartae Sigilla Octodecim ex filis fericis viridis coloris; e quibus fuperfunt 12. ex viridi omnia colore.

1. HENRICI DE LECKA, cum contrafig. ut in Charta a. 1255. d. 23. Aug.
4. His litt. ✠ S' PETRI DECANI MAIORIS ECCE I TRAIECTO. Contrafigillum duplex aquila; his liter. ✠ S' P' DECANI AD CAVSAS.
5. S. MARTINVS EPC.
6. ✠ S' WVLFRANI DECANI SCI SALVATORIS IN TRAIECTO. In contrafigillo fere eadem, fed minutiora.
7. S' ECCLE: SCI: SALVATORIS: IN: TRAIECTO. Cum contrafig. figura cum baculo. ✠ SCS BONIFACIVS EPC.
8. SIGILL' EVERARDI PREPOSITI TYLENSIS.
9. ✠ SCS PETRUS · APOSTOLVS.
11. S. IOHANNES BAPTISTA.

12.

12. ✠ S. HEIDENRICI DĪ GRĀ · ABBĪS SCĪ PAVLI · IN · TRAIECTO. A. 1255. M. April.

13. S. Paulus. Litt. ✠ SIGILLVM · SCĪ · PAVLI · IN · TRAIECTO.

14. Eques cum scuto in pectore, litt. ✠ S̄. THEODERICI COMITIS CLEVENSEN · . . . . . .

Contrasigill. Arma gentilic. Litt. CLEVE.

18. Scutum cum tribus rosis. ✠ S' GISELBERTI DE CREMPEN ·

N. CCXI.

WILHELMVS *Rex Rom.* promittit civibus Traiectinis resarcire damnum, quod a militibus suis *Vrbem* eorum *transeuntibus*, inferretur (1). A. 1255. d. 20. Iun.

A. 1255. d. 20. Iun.

Vid. infra p. 675.

(Ex Originali in Archivis urbis Traiectinae. Locul. A. n. 16.)

WILLELMVS dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus/ vniuersis Imperij fidelibus ad quos presentes litteras contigerit peruenire/ Gratiam suam et omne bonum · Tenore presen-

(1) *Inferretur*] Sola haec WILHELMI Regis Charta a. 1255. d. 20. Iun. data, quae in Archivis *Vrbis Traiectinae* adhuc servatur, sufficit refellendis omnibus argumentis quibus multas WILHELMI *Regis* Chartas obelo notavit Vir. D. ad STOKE D. II. bl. 170—180. in id unice intentus, ut contra omnem Historiae fidem persuadeat, WILHELMVM iam a. 1255. M. Ian. occubuisse. Verum plura etiam habeo Diplomata, post hunc mensem data, e quibus unum modo, itidem ex Autographo, promam d. 9. Nov. a. 1255. datum. Rei ipsi lucem forte dabit Episcopi Trai. Charta a. 1255. V. Id. Ian. apud w. HED. *Hist. Trai.* p. 217. Forte aliud latet.

A. 1255. d. 20. Iun. ſentium proteſtamur, nos bona fide *Ciuibus Traiecten* dilectis nostris fidelibus promiſiſſe quod ſiquod dampnum eis a nostris hominibus *in nostram expeditionem* proficiſcentibus · et eorum transeuntibus Ciuitatem fuerit irrogatum/ nos eis ad proborum virorum arbitrium faciemus huiusmodi dampnum plenarie reſarcirj · vnde preſentes litteras nostro *Sigillo Regio* communitas ipſis transmittimus in testimonium ſuper eo ·

Datum *Albertimonte* x1. Kaln (ſic) Iulij Indictione Terciadecima.

* * *

Appendet integrum WILHELMI Sigillum ſubalbi coloris; his literis:
WILLELMVS: DEI: GRACIA: ROMANORVM: ·····
R: AVGus ·····

N. CCXII.

A. 1255. d. 23. Aug. HENRICVS *de Alblas* a Capitulo Eccleſiae B. *Mariae* Traiectenſis dimidiam accipit partem *decimae maioris et minoris* in auſtrali latere *de Alblas* verſus *Merwedam*, variis conditionibus, ſub poena excommunicationis.

A. 1255. d. 23. Aug.

Ad Cod. Diplom. p. 665.

(Ex Archivis Eccleſiae S. Mariae Traiect. Caps. D. 3. lin. 2.)

In nomine domini amen · Que geruntur in tempore · ne temporis effluente curriculo facilius elabantur · litterarum ſolent

lent apice necnon testium ſubſcriptione frequentius perhennari · Noſcant igitur preſentes et ſciant posteri quod ego HENRICVS *de alblais* famulus recepi a Decano et Capitulo eccleſie beate Marie traiecteñ Medietatem *decime* tam *maioris quam minoris* · in auſtrali parte de *alblais* verſus *Merwede* vsque *grauelant* in longitudine · in latitudine uero vsque *papendrecht* · ſub annua penſione decem librarum holl legalium denariorum · In die palmarum ſingulis annis in traiecto ſoluendorum · *iure hereditario* perpetuo poſſidendam · Ad hec iuraui in altari beate Marie iam dicte · et quod certo tempore preſcripto penſionem antedictam perſoluam · et quod per nullam exceptionem potero me tueri · ſiue ſpoliationis · ſiue quod non ero ſoluendo · ſeu cuiuslibet alterius niſi terra omnino fiat ibidem inarabilis · et tunc non tenebor ad ſolutionem penſionis predicte. Sed quam cito dicta terra ad culturam redierit penſionem prefatatam (*ſic*) ſine diminutione perſoluam · Elegi etiam quod ſi tempore ſtatuto penſionem iam dictam perſoluero · ſtatim ſententiam excommunicationis · et elapſis post hoc ſeptem diebus reatum periurij ipſo facto incurri · et quod * conſeruator quem dicti · Decanus et Capitulum ſuper predicto contractu inpetrauerint a ſede apoſtolica · uel legatis ſedis eiusdem . ſeu Epiſcopus traiecteñ · qui erit pro tempore · me ad inſtantiam Capituli periurum denunciet uel denunciari faciat et excommunicatum · nulla citatione uel monitione premiſſis · Preterea ſi per

A. 1259. d. 23. Aug.

* Vid. p. 667. f.

A. 1255. d. 23. Aug. per mensem a tempore ad soluendum statuto *pensionem* (1) secundum quod dictum est non soluero ex tunc penam decem librarum holl erga predictos · · Decanum et Capitulum beate Marie traiecten incurri · quas eis etiam cum predicta pensione residua tanquam ex debito persoluam · Nec absoluar a sententia predicta donec ipsis a me per omnia fuerit satisfactum · nec absolutio si contra predicta eam impetrauero mihi valebit. Adiectum est etiam quod predicta *decima* (2) · vniuersaliter · integra · et indiuisa · apud me permanebit · et quod nec eam *vendam* · nec *legabo* · nec *donabo* · nec *commutabo* · nec *infeodabo* · nec in perpetuam *emphyteosym* alicuj dabo · in toto vel in parte · nisi hoc de expressa dictorum · Decani et Capituli processerit voluntate · Post mortem uero meam senior natu inter filios meos legitimos · seu senior filia mea legitima si filium legitimum post me non dimisero / et preterea si filium aut filiam legitimos non dimisero proximus heres (3) meus legitimus in ante dicta decima · sub prefatis · iuramento · modo · pensione · pena · et fidelitate · quibus eam tenuj michi succedet · sic de herede in heredem sicut dictum est dictam decimam transferendo ·

et

(1) *Pensionem*] Supra in Charta HENRICI *de Lekka* p. 666. vocatur *Pactum*, Belgica voce *Pacht*.

(2) *Decima*] Pro eo in suppressa Chartae parte HENRICI *de Lecka* ubique habetur *bona*.

(3) *Heres*] Nota invalescentem iam morem, quo eiusmodi bona per contractum iure hereditario in alias abibant familias; Cf. Conditiones supra p. 424. exhibitas, et not. (1) p. 466.

et defcendendo · et quod ipfa decima apud vnam perfonam que heres erit pro tempore permanebit integra · et indiuifa · Adiectum eft etiam quod quemcumque heredum · uel fuccesforum meorum ad prefatam decimam peruenire contigerit · jdem · ipfam *decimam* a decano et capitulo qui erunt pro tempore in ecclefia beate marie traiecteñ · post mortem meam uel meorum heredum fiue fuccesforum recipiet · et in fignum recognitionis dabit decano et capitulo *fturgionem datiuum* (4) · Quod fi *infra annum et diem* post mortem meam · feu aliquorum heredum meorum vel fuccesforum · heres fuccesfurus prefatam decimam · a predictis · Decano et capitulo · non requifierit (5) extunc fepedicta decima ad Decanum et Capitulum libere et fine contradictione qualibet reuertetur ac eis fructus infra annum percepti · et qui percipi potuerunt de prefata decima libere reftituentur · Heres etiam tali modo fuccesfurus necnon omnes alij quibus ius ex fuccesfione hereditaria poterat acquiri omni iure quod habere uidebantur in ea erunt ipfo facto priuati · Hec omnia etiam de herede in heredem' in perfonarum ipforum mutatione inuiolabiliter obfervando' Et vt hec rata atque inconuulfa permaneant' prefens fcriptum domini FLORENTIJ.

A. 1255. d. 23. Aug.

(4) *Sturgionem datiuum*] Intelligitur *Acipenfer*. Pro quibus duabus vocibus fupra in Charta HENRICI p. 665. habetur *Triginta libras Traiectens. ftatim in ipfa receptione.*

(5) *Requifierit*] Post hanc vocem in altera Charta p. 665. adduntur: *fecundum quod bona Pactionaria ab ecclefiis requiri folent.*

A. 1255. d. 23. Aug. TIJ *de Hollandia* fratris domini · W · *Romanorum regis* illuſtris WILLELMI *de ſtrine* · IOHANNIS *de leda* · HENRICI *de lecka* · *militum* · necnon *Opidanorum de durdrecht* ſigillis feci communiri · Et quia ego HENRICVS ſigillum proprium non habeo ſigillum domini WILLELMI *de brederode* militis pro me rogaui apponi · Actum et datum anno domini · M° · CC° · L° · quinto · In vigilia bartolomei apoſtoli.

* * *

Appendent adhuc V. Sigilla, ſextum vero idque ultimum periit.

1. Solitum FLORENTII *Holl.* cum contraſigillo, in quo Scutum cum Leone. Litt. ✠ FLORENTIVS · DE · HOLLANDIA.
2. WILHELMI *de Strien*, SIGILL' · WILL' DOMINI DE STRI · · · ·
3. IOHANNIS *de Leda*: ✠ SIGILLVM IOHANNIS DE LEDA ·
4. HENRICI *de Lecka*, Eques cum ſcuto in pectore, ✠ SIG · · · · , ENRICI · · · · · · CKA.
   Contraſigillum idem ſcutum maius; Litt. ✠ SIGILLV̄ SECRETE·
5. Vrbis Dordracenae Templum, ✠ SI · · · · SECRETI · · · · · ORT.
   Contraſigill. *Roſa* ſine perigraphe.

N. CCXIII.

N. CCXIII.

WILHELMVS *Rex Rom.* fratribus Ordinis Theutonici S. Mariae Traiecti eamdem concedit libertatem in Imperio, quam habent Cives Traiectenses. A. 1255. d. 9. Nov.

A. 1255. d. 9. Nov.

Ad Cod. Dipl. p. 669.

(Ex Originali in Archivis Domus Teutonicae Traiecti, Loculo VII. n. 3.)

WILLELMVS dei gratia *Romanorum Rex* femper Auguftus· Vniuerfis Imperij fidelibus prefentes Litteras infpecturis· gratiam fuam et omne bonum· Volentes Dilectos noftros· · · *Preceptorem* et fratres Ordinis Theotonicorum Domus beate Marie prope *Traiectum*/ fuis exigentibus meritis profequi gratia fpeciali/ de liberalitatis regie clementia eis duximus concedendum/ quod eadem in perpetuum gaudeant libertate/ qua Ciues Traiecten̄ fe gaudent ab Imperio protegi et muniri· In cuius rei testimonium prefentes Litteras exinde confcribi/ et Sigillo Maieftatis nostre iusfimus communiri.

Datum *Openhem* v· Idus Nouembr̄ Indictione xiiij (1) Anno domini Milles̄ Ducent̄ Quinquages̄ Quinto·

* * *

Superfunt vittae pergam. fed periit Sigillum.

(1) xiiij] Cf. quae de Indictione d. 24. Sept. inchoante monui p. 640. Ab illo enim die 24. Sept. a. 1255. currebat *Indictio XIV.* Quod mani-

A. 1255. d. 9. Nov. festum etiam suppeditat Argumentum, WILHELMVM mense Ianuario huius anni non obiisse. Data autem haec est Charta *Oppenhemii*, ubi duobus diebus post, in *Vigilia S. Martini*, die nempe 11. Nov. a. 1255. memorabilem illam *de Pace Publica* Constitutionem edidit *Wilhelmus*, quae habetur apud I. PH. DATT. *de pace Imp. publ.* p. 22. et apud alios.

N. CCXIV.

A. 1256. circiter d. 24. Sept. N. 1.

Concordia et Pax inter MARGARETAM Comitissam Flandriae et ipsius liberos ex duplici matrimonio genitos, interveniente LVDOVICO Rege Francorum, *Peronae* inita.

A. 1256. circiter d. 24. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 312.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1095.)

* * *

Vid. Chartam in Cod. Dipl. a. 1257. d. 22. Nov.

N. CCXV.

N. CCXV.

IOHANNES Comes de Blois, Dom. de Avesnis, multique alii Milites, promittunt, ſancte ſervare Pacem, inter MARGARETAM Flandriae Comitisſam ſuosque, et FLORENTIVM Tutorem Hollandiae, ac FLORENTIVM V. WILHELMI II. Comitis filium, praeſente Rege Francorum LVDOVICO Peronae (1) compoſitam.

A. 1256. d. 24. Sept. N. 11.

A. 1256. d. 24. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 312.

(Ex Apographo ipſius aevi Pergameno, in Archivis Camerae Rationum Inſulis.)

VNIVERSIS PRESENTES LITTERAS inſpecturis et audituris. IOHANNES *Comes Bleſenſis* Dominus *de Ayeſnis*, IOHANNES Dominus *de Chimai*, IOHANNES Dominus *de Barbencon*, ... Dominus *de Rodio*, N.... Dominus *de Kieverain*, ... Dominus *de Bouſies*, ... Dominus *de Lens*, Domi-

(1) *Peronae*] Quum haec Charta die 24. *Sept.* *Peronae* data ſit, ubi Comitisſa MARGARETA cum liberis ſuis ex ambabus nuptiis procreatis coram Rege Franciae LVDOVICO ſuas compoſuit controverſias; quas praecedens memorat Charta; videtur FLORENTIVS eodem etiam veniſſe, ut ſuas cum Flandris controverſias componeret; ibidemque Conditiones iniiſſe de tenendis *Zeelandiae* inſulis, quarum posſesſioni IOANNES *de Avesnes* pro fratre GVIDONE per Regis Flandriae arbitrium renunciaverat; ut docet Charta FLORENTII d. 15. Oct. a. 1256. infra.

A. 1256. d. 24 Sept. Dominus *de Iauche*, W . . . . . Dominus *de Linea* et H . . . . . Dominus *de Antonio*, milites, Salutem et cognoscere veritatem · tenore presentium simpliciter et publice protestamur nos fide prestita promisisse quod nos *pacem* inter illustrem Dominam MARGARETAM *flandrie et haynonie Comitissam* et suos ex una parte, et Dominum FLORENTIVM *Tutorem hollandie*, FLORENTIVM *nepotem* eius, heredes eorum et suos ex altera, *apud Peronam* in serenissimi Domini nostri LVDOVICI *francorum Regis* presentia ordinatam, prout in Litteris Domine *Comitisse* predicte super forma dicte *pacis* videbitur contineri et singulos eiusdem Pacis articulos prout in eisdem Litteris plenius exprimuntur, firmiter et inviolabiliter omni tempore vite nostre servabimus et quantum in nobis est faciemus bona fide iuxta posse et nosse nostrum firmiter et inviolabiliter observari · et si prefata Domina nostra *Comitissa* vel illustris Dominus GVIDO *Comes flandrie* filius eius aut aliquis heredum ipsius Comitisse vel Comitis seu aliquis nomine utriusque aut alterius ipsorum quod absit predictam Pacem violare aut contra eam vel aliquem aut aliquos eiusdem pacis articulos venire presumpserit, aut etiam attemptaverit, nos ei in hoc vel ad hoc nullum omnino prestabimus consilium, auxilium vel consensum · ista omnia prout superius sunt expressa tam pro nobis quam pro nostris heredibus servare promittimus bona fide et ad hoc nos per nostrum sacramentum legaliter obligamus, in dicte promissionis et obligationis nostre testi-

testimonium ſigilla nostra preſentibus appendentes. Datum *Peronne* anno Domini M°. CC°. quinquageſimo ſexto Dominica post festum Beati *Matthei* apostoli et Evangeliste. A. 1256. d. 24. Sept. N. II.

* * *

Collationné à une Minute où Copie du tems en Parchemin étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] à Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CCXVI.

Pactum Pacis ſeparatim initum inter MARGARETAM Comitiſſam Flandriae, et FLORENTIVM Tutorem FLORENTII V. quo Tutor promittit ducere maiorem natu filiam GVIDONIS, MARGARETAE filii, ea interiecta conditione, ut *Zeelandiae Terram* feudi iure ſibi obtineat, cett. A. 1256. d. 13. Oct. N. I.

A. 1256. d. 13. Octobr.

Ad Excurs. VII. p. 312, 313. *et* 315. (*e*).

(OL. VRED. *Gen. Com. Flandr.* Probb. P. II. p. 32. unde MIRAEI L. I. p. 295. f.)

FLORENTIVS *Tutor Hollandiae* Notum facimus etc. quod cum inter illuſtrem Dominam MARGARETAM *Flandriae* et *Han-*

A. 1256. d. 13. Oct. N. I. *Hannoniae Comitisſam* ex una parte, et clarae memoriae karisſimum D. fratrem nostrum, WILHELMVM *Regem Romanorum* et nos ex altera, gravis fuisſet orta disſenſio; tandem post obitum dicti Domini Regis, mediantibus illuſtri Domino, LVDOVICO, *Francorum Rege* et aliis bonis viris, talis inter ipſam et viros Nobiles Dominum GVIDONEM, *Comitem Flandriae*, et D. IOANNEM *de Dampetra*, filios eiusdem Comitisſae, ac ſuos, ex una parte, et nos ac FLORENTIVM nepotem nostrum, ipſius praefati Regis filium ac nostros, ex altera, amicabilis tam de nostro quam de ſuo concordi asſenſu compoſitio (1) intervenit: videlicet quod nos FLORENTIVS maiorem natu *filiam* praefati Domini GVIDONIS *Comitis Flandriae* accipiemus in uxorem, et dicta Domina Comitisſa tam pro ſe quam pro dicto Domino GVIDONE *Comite Flandriae*, dedit in *feodum* nobis et nostris heredibus *totam terram Zelandiae*, quae de ſuo et antecess. ſuorum *Comitum Flandriae* fuit Domanio. etc.

Si vero nos ſine herede a dicti Domini GVIDONIS *Comitis Flandriae* filia generato, vel eam, mori contigerit, FLORENTIVS nepos noster praenominati Domini Regis filius ducet in uxorem unam ex dicti Domini GVIDONIS *Comitis Flandriae* filiabus, et totam terram praedictam *Zelandiae* inter [*Hedensee*] et

(1) *Compoſitio*] Videtur haec Compoſitio et Feudi promisſio originem traxisſe ex Pacto *Peronenſi* d. 24. Sept. inito, hac vero promisſione ſuperſtructa esſe omnis illa Pacis Concordia, quae ſequentibus Chartis continetur.

et *Scaldam* ſitam, a dicta Domina Comitiſsa et eius heredibus Comitibus Flandriae *in feodum* recipiet et tenebit. etc. A. 1256. d. 13. Oct. N. I.

Actum *Bruxellae*, anno Domini M. CC. LVI. die Veneris post festum B. Dionyſii.

N. CCXVII.

Tabulae Pacis (1) de *Zeelandia Occidentali* inter MARGARETAM ac filium GVIDONEM Comites Flandriae, et FLORENTIVM Tutorem Hollandiae pro ſe et impubere FLORENTIO V. A. 1256. d. 13. Oct. N. II.

Die 13. Octobr. 1256. per *Margaretam.*

Die 21. Octobr. 1256. per *Guidonem.*

Ad Excurs. VII. p. 313, 322.

(MARTEN. et DVRAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1074-1078. ex *Archivis Hannonienſibus*; hinc in MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 299-301.)

Nos GVIDO, *Comes Flandriae*, notum facimus tam preſentibus quam futuris, univerſis et ſingulis, praeſens ſcriptum inſpecturis ac audituris: quod cum olim inter cariſsimam matrem noſtram, MARGARETAM, *Flandriae* et *Hannoniae Comitiſsam*, et nos ex una parte; et clarae memoriae Domnum WIL-

(1) *Pacis*] De his Pacis Conditionibus ſummatim locutus eſt V. D. MEIERVS *Ann. Flandr.* h. a. Diſtinctius eas exhibet P. D'OVDEGHERST Chap. CXVI. fol. 190. vs°. Cf. ad calcem huius Chartae.

A. 1256. d. 13. Oct. N. 11.

WILLELMVM, *Romanorum Regem*, ac nobilem virum Dominum FLORENTIVM, *Tutorem. Comitatus Hollandiae*, fratrem eius ex altera, gravis dissentio esset orta; tandem post obitum dicti regis, mediantibus illustri Domino nostro, LVDOVICO, *Francorum rege*, DVCE *Brabantiae*, COMITE *Gelriae*, ac aliis bonis viris, inter dictam matrem nostram, nos et IOHANNEM *de Dampetra*, fratrem nostrum, ac nostros ex una parte, et dictum Domnum FLORENTIVM et FLORENTIVM nepotem, ipsius praefati Regis filium, ac suos ex altera, amicabilis, tam de nostro, quam de suo concordi assensu, Compositio intervenit:

Excurs. p. 314. Florentius Tutor, ducta Guidonis filia, ipse tenebat in Feodum Zeelandiam Occid.

[§. 1.] Videlicet, quod dictus Dominus FLORENTIVS *maiorem natu filiam nostram accipiet in uxorem.*

[§. 2] Et nos tam pro nobis, quam pro nostris heredibus consentimus, approbamus, et volumus, quod *dicta mater nostra dedit in feodum eidem Domino Florentio et eius heredibus terram Zelandiae, quae de ipsius et nostro, ac antecesforum nostrorum Comitum Flandriae fuit demanio, cum omnibus iuribus dictae terrae, ex quibus dicta terra ad ipsam, ad nos, et ad antecessores* nostros spectabat, vel dicebatur spectare. Et sic simpliciter, et publice *protestamur, quod tota terra Zelandiae, inter Hedenezе et Scaldam sita, cum omnibus iurisdictionibus, iustitiis, reditibus, proventibus, obventionibus, et simpliciter cum omnibus iuribus, quas, quos, et quae praedicta mater nostra*, nos, et antecesces-

cessores nostri Comites Flandriae *habebamus* in dicta terra, *vel dicebamur habere; et quas, quos, et quae dictus Dominus Wilhelmus, olim Romanorum Rex, et sui progenitores, vel antecessores Comites Hollandiae*, in dicta terra *habebant, vel dicebantur habere*, praedicto Domino *Florentio et Florentio nepoti suo*, praedicti Domini Regis filio, et eorum heredibus *tamquam feodum, ab ipsa matre nostra et nobis*, ac nostris Comitibus Flandriae *tenendum*, quita et libera, ab ipsis pacifice et quiete possidenda, perpetuo remanebit:

A. 1256. d. 13. Oct. N. II.

[§. 3.] Quia *de tota terra praedicta* Zelandiae, inter Hedineze et Scaldam sita, dictae *matri nostrae* dictus Dominus *Florentius praestabit* HOMAGIVM, *ita videlicet, quod de illa parte, quae de* ipsius matris nostrae, nostro, et antecessorum nostrorum *Comitum Flandriae fuit demanio, tamquam feodatarius et vassallus. De illa vero quae de* praedicti Regis WILHELMI, et Antecessorum suorum *Comitum Hollandiae fuit demanio, tamquam Tutor, quam ab* ipsa nobis et nostris heredibus *Comitibus Flandriae* FLORENTIVS saepe dicti Regis filius, *et eius heredes Comites Hollandiae sunt in* FEODVM *recepturi, salva* tamen praedicto Domino *Florentio* in dicta parte, *si qua eum iure hereditario potest contingere, debita portione, de qua* saepe dictae matri nostrae, nobis et nostris heredibus, Comitibus Flandriae, si qua eum sic contingeret, *similiter homagium est facturus. Et* SIC *tam nos* pro nobis, quam etiam pro omnibus nostris heredibus, natis

Praestabit Homagium pro ea parte, ut vasallus. p. 315.

Alteram etiam Zeel. partem infeodum recipiet, ut tutor.

A. 1256. d. 23. Oct. N. 11. et nascituris, (solis praedictis *homagiis* videlicet praedicti Domini FLORENTII, et FLORENTII nepotis ipsius, ac heredum suorum et servitiis debitis pro homagiis, ut praemissum est, nobis et nostris heredibus Comitibus Flandriae in dicta terra *retentis*) *renuntiamus* et cedimus voluntate spontanea *ad opus* dictorum Domini FLORENTII *Tutoris* Hollandiae, *et* FLORENTII *nepotis* ipsius saepe dicti Regis filii, et heredum ipsorum *omni utili dominio*, *omnibus iurisdictionibus*, iustitiis, reditibus, proventibus, obventionibus, servitutibus et servitiis, *et omnibus aliis homagiis a praedictis, et simpliciter omnibus iuribus dictae terrae Zelandiae, inter Hedineze et Scaldam* sitae, quas, quos, et quae saepedicta mater nostra, nos, et nostri progenitores, vel antecessores Comites Flandriae habebamus, vel dicebamur habere in dicta terra, vel quae ipsi matri nostrae, nobis et antecessoribus nostris, Comitibus Flandriae, in dicta terra, seu in iuribus dictae terrae competebant, vel competere dicebantur, vel in quibus homines dictae terrae fuerunt, vel dicebantur esse, saepedictae matri nostrae, nobis et Antecessoribus nostris, Comitibus Flandriae, ex iure vel consuetudine, generaliter vel specialiter obligati, salvis nobis praedictis *homagiis* et servitiis debitis pro eisdem: et ex nunc saepe dicta mater nostra et nos *restituimus omnes cartas, et privilegia, et instrumenta*, cuiuscumque tenoris existant, *sibi*, *nobis*, et nostris progenitoribus, seu antecessoribus, a praedicto Rege *Wilhelmo*, et dicto Domino

mino Florentio fratre ipſius, *et eorum antecesſoribus, Comitibus Hollandiae, a Domino Papa, ſeu quocumque alio ſuper iuribus dictae terrae*, ſeu ſuper conventionibus, pactionibus, compoſitionibus, conſuetudinibus, promisſionibus, debitis et obligationibus quibuscunque dictorum Regis et Domini Florentii fratris eius, ac antecesſorum ipſorum, ſeu hominum dictae terrae *concesſa*. Et ſimiliter tenore praeſentium ſimpliciter proteſtamur, et volumus pro nobis et nostris heredibus, Comitibus Flandriae, ſimpliciter decernentes, quod *omnia illa inſtrumenta, ſi qua forte non reddita postmodum inventa fuerint*, de ista materia facientia mentionem, quoad nos, heredes, aut Succesſores nostros Comites Flandriae, vires non habeant, et *robore careant firmitatis.*

A. 1256. d. 13. Oct. N. II.

[§. 4.] Si vero dictum FLORENTIVM ſine herede a nostra filia generato, vel eam mori contigerit, FLORENTIVS nepos eius praenominati Regis filius, ducet in uxorem unam ex nostris filiabus, et totam terram praedictam Zelandiae, inter *Hedineze et Scaldam* ſitam, a praedicta matre nostra, nobis et nostris heredibus, Comitibus Flandriae in feodum recipiet et tenebit.

Flor. puer quando Zeel. Occid. habebit?

[§. 5.] Si vero eum ſine herede de nostra filia generato mori contingat, MATHILDIS, filia Regis praefati, debet uni filiorum nostrorum matrimonialiter copulari, et tenere a Comitibus Flandriae in feodum totam terram *Zelandiae* memoratam, quae de dictae matris nostrae, nostro et Antecesſorum nostrorum,

Quid ſi obeat?

A. 1256. d. 13. Oct. N. 11. Comitum Flandriae fuit demanio; et si eam similiter mori contigerit, tota terra praedicta cum omnibus iuribus et iustitiis, ad eam pertinentibus, *ad heredem Comitatus Hollandiae, quicunque pro tempore fuerit, devolvetur; qui eam a praenominata* matre nostra nobis vel nostris Succesforibus, *Comitibus Flandriae, feodaliter recipiet et tenebit. Et sic semper dicta terra Zelandiae, quae de* dictae matris nostrae, nostro, et antecesforum nostrorum, *Comitum Flandriae fuit demanio, ad Dominum* FLORENTIVM *et eius heredes*, sicut dictum est, *aut ad* FLORENTIVM *nepotem eius et ipsius heredes, aut ad* MATHILDIM *sororem ipsius et eius heredes* de dictis matrimoniis procreatos; *aut si non* ex iis matrimoniis *proles extaret, ad illum, qui pro tempore erit heres Comitatus Hollandiae, pertinebit, et de ea* dictae matri nostrae nobis et nostris Succesforibus, *Comitibus Flandriae, faciet homagium ut Vasfallus, et sic simpliciter* quocumque casu contingente, *tota terra praedicta, inter Hedineze et Scaldam sita, nullo modo ad alium*, quam ad aliquem, aut aliquos praedictorum trium, vel heredes eorum, ut dictum est, vel ad heredem Comitatus Hollandiae, quicumque pro tempore heres Comitatus Hollandiae extiterit, *devolvetur; ita tamen, quod ille heres quicumque post istos tres, qui nominaliter sunt expressi, non fuerit ex dictis matrimoniis procreatus, tenebitur* praedictae matri nostrae, vel nobis, aut Succesforibus nostris, *Comitibus Flandriae, pro dicta terra refundere decem millia marcharum sterlingorum*

rum ad Marcam Flandrensem, decem solidos videlicet bono- A. 1256. d. 13. Oct. N. 11.
rum et legalium sterlingorum pro marca qualibet computandos.

[§. 6.] Si forte dictam terram *Zelandiae*, quae de nostro et antecessorum nostrorum fuit demanio, inter plures coheredes aut comparticipes de dicto Domino FLORENTIO, sive FLORENTIO nepote suo, aut MATHILDE sorore eius, sive a quocumque herede Comitatus Hollandiae descendentes contingat dividi, quilibet in dictarum terrarum divisione comparticipans, homagium praefatae matri nostrae, nobis et nostris heredibus Comitibus Flandriae est facturus de illa, quae eum poterit contingere portione. *Quid si terra dividatur inter plures.*

[§. 7.] Cum autem super teloneis, statutis locis, in Hollandia sive Zelandia a mercatoribus Flandrensibus cum suis mercibus et quibuscumque rebus venalibus, dicta telonea transeuntibus, persolvendis, tam ex parte praenominatae matris nostrae, quam ex parte dicti Domini FLORENTII fuerit in illustrem virum, Dominum HENRICVM, *Ducem Lotharingiae* et *Brabantiae*, compromissum, ut ex utraque parte tam pro se, quam suis heredibus in omnibus et per omnia super hoc servare promiserint dictum Ducis, nos tam pro nobis quam pro nostris heredibus, Comitibus Flandriae, dictum ipsius Ducis, quod super hoc vel viva voce vel suis litteris, proprio sigillo munitis, vel utroque modo publicaverit, ratum habentes et gratum servare promittimus in omnibus et per omnia bona fide, quantum ad nos et heredes nostros, Comites Flandriae, spectaverit idem dictum. *Compromissum de teloneis.* p. 319.

[§. 8.]

A. 1256. d. 13. Oct. N. 11.

p. 319. Sunt verba Pacti a. 1168. §. 13. supra p. 188.

[§. 8.] Ceterum istae consuetudines in Hollandia et Zelandia mercatoribus de Flandria servabuntur, istae videlicet: quod *si quis mercatorum Flandrensium per terram Comitatus Hollandiae*, per Hollandiam videlicet sive Zelandiam, transitum *faciens, ab aliquo super debito fuerit impetitus, sive debitum illud negaverit et inficiatus extiterit, in navi sua, ne moram faciat, iuramentum super hoc impetenti praestando, sola manu poterit se purgare. Quod si impetens acceptare renuerit*, illum mercatorem *in villam vel Oppidum, ubi manet, sequetur, et ibi debet causa inter eos Scabinorum illius villae vel Oppidi iudicio terminari. Et si forte contra hoc mercator Flandrensis transiens fuerit impeditus, et propter hoc damnum incurreret, Comes Hollandiae* vel Dominus terrae *totum damnum illud mercatori refundet.*

Item si quis mercatorum in Flandria de Hollandia sive Zelandia fuerit spoliatus, Dominus terrae illius, in qua depraedatio huiusmodi facta est, habitatores terrae illius, unde spoliator extiterit, ad solvendam praedam compellat, alioquin ipse solvet.

Iniuriae remittuntur.

[§. 9.] *Nos autem* tam pro nobis, quam pro nostris heredibus, quam etiam pro nostris hominibus, *remittimus*, voluntate libera de puro corde *et sincero animo, Domino* FLORENTIO *et omnibus suis* consanguineis, *fautoribus* et amicis *omnes iniurias et omnes offensas*, contra nos et nostros patratas, et *omnia damna nobis et nostris illata, promittentes* ea nullo umquam tempore ad animum revocare; et sic omnes rancores animorum in pacis pulcritu-

critudine conquiefcent: ita quod numquam effective ad animum revocentur. A. 1255. d. 13. Oct. N. 11.

Istam pacem et omnes ac fingulos istius Pacis articulos, prout fuperius funt expresfi, nos tam pro nobis, quam pro nostris heredibus natis et nafcituris, quam etiam pro nostris hominibus in perpetuum *firmiter et inviolabiliter fervare promittimus* dictis Domino FLORENTIO, et FLORENTIO nepoti fuo, ac eorum heredibus et fuis hominibus, et facere in omnibus et per omnia firmiter et inviolabiliter obfervare.

Renuntiantes in his omnibus, tam pro nobis, quam pro nostris heredibus, *Comitibus Flandriae, omni iuris auxilio, tam canonici quam civilis*, omni privilegio et omni fimpliciter inftrumento, dato vel dando, impetrato vel impetrando pro cruce fignatis vel aliis quibuscumque: vel quod nobis et nostris heredibus ex nunc competit, vel in futurum posfet competere contra praedicta vel aliquod praedictorum.

Ad ista omnia fideliter et inviolabiliter obfervanda, nos per nostrum facramentum proprium voluntate libera fponte folemniter obligamus. Et quia dictam Pacem, et omnes ac fingulos dictae pacis articulos firmisfime cupimus obfervari; volumus et confentimus, et a Domino Papa petimus, (fupponentes nos et heredes nostros quoad hoc fuae iurisdictioni et poteftati ac venerabilium patrum Tornacenfis Epifcopi et Leodienfis electi et fuccesforum eorumdem, qui pro tempore fuerint, quibus

A. 1256. d. 13 Oct. N. 11. hoc a Domino Papa committi petimus,) ut, si nos vel heredes nostri contra dictam pacem, vel aliquem dictae pacis articulum venerimus, et requisiti super hoc nollemus infra XL. dierum spatium emendare, quod dicti praelati, vel alter eorum, si alter non superesset, vel esset legitimo impedimento detentus, possent in nostram et heredum nostrorum personas excommunicationis sententiam ferre, et totam terram nostram supponere Ecclesiastico interdicto: ita tamen, quod dictos XL. dies et coërcitionem huiusmodi monitio praelatorum praecedere debeat eorumdem.

In cuius rei testimonium praesentes litteras inde conscribi et sigillo nostro fecimus communiri.

Actum et datum *Bruxellae*, sabbato post festum Lucae Euangelistae, anno Domini MCCLVI.

Vindiciae Pacis inter MARGARETAM *Comitissam Flandriae*, *et* FLORENTIVM *Tutorem Florentii V. Comitis Hollandiae.*

Exhibeo hic quidem Pacis Tabulas, quales FLORENTIVS Tutor cum GVIDONE d. 21. Octobr. a. 1256. literis consignavit. Referri tamen haec Pacis conciliatio debet ad hunc diem 13. Octobr. quo eaedem Tabellae confectae sunt inter ipsam *Margaretam* et *Florentium*, teste MARTENE et DVRAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1078. D. *Exstant etiam*, inquit, *de eodem Pacto Litterae* MARGARITAE *Flandriae Comitissae*, *datae Bruxellis die Veneris* [i. e. 13 Octobr.] *post festum Sancti Dionysii eiusdem anni*, EADEM *exprimentes* VERBA; *quas proinde hic repetere non duximus operae pretium.* Iccirco hanc Pacem ad suum diem retuli; quae enim hic dicit GVIDO, eadem hoc die dixerat MARGARETA. Ad rem ipsam quod pertinet, hanc Pacis conciliationem, post mortem Regis WILHELMI II. Comitis Holland.

land. de *Feudo Zeelandico* initam, pro spuria et a Flandris conficta censet V. Ampl. HVYDEC. ad STOKE D. II. bl. 297. sqq. Vtitur autem argumentis seria confutatione vix dignis; fulcitque sententiam fundamentis penitus falsis. En illa suis ipsius verbis: *De inhoud van het Verdrag behelsde hoofdzaakelijk; „Dat de Voogd Florens zich verbondt, eene [de oudste] Dochter van „Graaf Guy te zullen trouwen: Waartegen Margriet en Guy ganschelijk af„stand deeden van alle Eisschen op Zeeland". Dit is kort en klaar, en komt ganschelijk overeen met den toestand, waarin Margriet zich bevondt: hebbende nu meer dan drie jaaren, naamelijk sedert* 4. *July* 1253 (*zie boven by III.* 1169.) *vruchteloos hemel en aarde bewoogen, om haare twee Zoons* GVY *en* IAN *uit de Hollandsche Gevangenis te redden. Deeze omstandigheid moet de Leezer in 't oog houden.* Verum incommodum Viro Ampl. cecidit, quod utrumque hoc, et de *Pacis argumento*, et de *filiorum custodia*, penitus falsum sit.

A. 1256. d. 13. Oct. N. II.

1°. Falsum est, neque ignorare hoc ex disertissimis ac saepe repetitis Pacti verbis potuit ipse Vir D., MARGARETAM omni penitus iuri (*van alle Eisschen*) renunciasse. Nam contra eo tendebat hoc Pactum, ut FLORENTIVS Tutor vel FLORENTIVS V., vel his mortuis, MAGTILDIS FLORENTII V. soror, *Guidonis filiam*, vel *filium*, matrimonio sibi iungeret, ut cum ea eove *Zeelandiam in Feudum*, dotis instar, obtineret, SALVA TAMEN SEMPER HOMAGIO PRO EA DEBITO. An hoc modo renunciamus omni iuri? Et tamen disertis verbis sic ipsa Charta habet. Vid. p. 682. l. 16. p. 684. l. 1. et l. 20. Aestimatque GVIDO retentum hoc Dominium directum L. 10000. sterling. p. 686. f.

2°. Falsum est, *Guidonem* et *Iohannem* hoc die 13. vel 21. *Octobr.* a. 1256. adhuc *captivos* fuisse. Neque id probat Vir D. Adeoque quid refellam, non habeo. *Guidonem* et *Iohannem*, si non iam ante laxati fuerunt, certe eo ipso tempore, quo *Florentius* Tutor circa 24. Sept. a. 1256. intercedente Rege Franciae *Peronae* lites composuit omnes, fuisse solutos, et in eius comitatu fuisse, d. 13. Octobr. sqq. docent omnes Chartae sqq. Praeterea quis unquam crederet, his in Chartis altum futurum fuisse silentium de *redimendis* vel *dimittendis* his *Margaretae* liberis, nisi si laxati antea fuissent. Ne plura! docet hoc MEIER. h. a. 1256. *Liberati Guido Iohannesque Flandrenses cum ceteris captivis grandi aere; nam proditum est hic Gandavenses per se contulisse ad octo millia nummum.* Cf. not. ad EXCVRS. VII. p. 221. (*x*). Redemtos autem iam esse a. 1254. satis clare prodit Charta Comitis Gisnensis a. 1254. M. Martio, supra exhibita.

Denique ipse M. STOKE in *Chronico suo* Virum D. contrarium docere potuisset. Is B. IV. vs. 15. sqq. (D. II. bl. 182.) de *Florentio* Tutore diserte:

 Hi

A. 1256. d. 13. Oct. N. 11.

Hi maecte pais, als ic versta,
Op ene corte tijt dar na, (agit de a. 1256.)
Met Heren GHYE *van Vlaenderen lant,*
En zekerde metter hant
Sire dochter, om dat hi woude
Dat hise te wive hebben soude.

Quod tamen negare iterum ad hunc ipsum locum sustinet Vir Ampliss.

Subrutis igitur Fundamentis concidunt omnia, quae praeterea contra has Pacis Tabulas scripta sunt. Ea enim, quae dicuntur bl. 298. sq. de *Beatrice* nihil ad rem faciunt. Verum vel sic tamen paucis videamus, quae ex ipsa Charta contra eamdem hausta sint!

I. Verba Chartae, quae V. Doctus excitat, bl. 300. sic sonant: *Et sic simpliciter et publice protestamur, quod tota Terra Zelandiae, inter Hedeneze et Scaldam sita, cum omnibus iurisdictionibus, iusticiis, reditibus, proventibus, obventionibus, et simpliciter cum omnibus iuribus, quas, quos, et quae Mater nostra, nos et antecessores nostri, Comites Flandriae, habebamus in dicta Terra, vel dicebamur habere, et quas, quos, et quae dictus Dom. Wilhelmus, olim Romanorum Rex et sui Progenitores vel Antecessores, Comites Hollandiae, in dicta Terra habebant, vel dicebantur habere, praedicto Domino* FLORENTIO, *et* FLORENTIO, *Nepoti suo, praedicti Domini Regis filio, et eorum heredibus,* TAMQVAM FEODVM, *ab ipsa Matre nostra, et Nobis et nostris* [Heredibus] *Comitibus Flandriae* TENENDVM, *quita et libera ab ipsis pacifice et quiete possidenda, perpetuo remanebit.* Vid. supra p. 682. Ad quae verba, antequam pergo, sequentia observo:

1°. Iura, de quibus hic sermo, et quae utraque pars sibi in Zeelandia asserebat, respiciunt ad communem istius Regionis possessionem; unde tot rixae, tot bella, iam inde a FLORENTII III. tempore a. 1167. usque ad *Wilhelmum II.* a. 1253. flagrantia. Qua de re satis dixi EXCVRS. VII. Cap. III.

2°. Ad finiendas hasce lites, quae ex parte tantum erant consopitae a. 1250. Comites Flandriae, Zeelandiam hoc anno 1256. non amplius in *commune*, sed integram cum omni prorsus iure, *in Feudum* concedunt FLORENTIO Tutori, a Comitibus Flandriae tenendam; ea interiecta conditione, ut ille uxorem duceret *Guidonis* filiam. Quod utrumque, et *feudum* et *filiam*, obtinere, permagni *Florentii* intererat, et quibus sibi multum consulebat. Hic verus rerum status!

Verum quid contra Vir Illustris? Vix ausim dicere, et tamen vera prodere, me integra fides iubet. Variis modis lectori fucum facit. Nam

1°. Verba peremtoria, in quibus omnis rei cardo vertitur, *tamquam* FEODVM,

ab

ab ipsa matre nostra, et nobis ac n. h., C. Flandr. tenendum, ex ipsa Charta A. 1256.
eiicit. Eiicit! Ecquo autem argumento? penitus nullo! Nam quod multa ver- d. 13 Oct.
ba disperdit ad probandam vim dictionis: *terra quita et libera permanebit*, ni- N. 11.
hil hoc ad rem. Probare Vir Ampl. debuerat haec verba, *quita et libera*, et *in feodum tenere* prorsus esse *ἀσύστατα*, non vero, in re Dominii, extra rem feudi positi, voces *quita et libera* de omnimoda solutione usurpari.

2°. Eiectis his verbis haud addit, longe fortiora et manifestiora hac ipsa in Charta contineri, et sine ullo medio verbis antecedentibus adiici: *De tota terra praedicta Zelandiae inter Hedineze et Scaldam sita, dictae Matri nostrae dictus Dominus* FLORENTIVS *praestabit* HOMAGIVM, *ita videlicet, quod de illa parte, — — tamquam* FEODATARIVS *et* VASALLVS; *de illa vero — tamquam* TVTOR, *quam ab ipsa, nobis et nostris heredibus — Florentius saepe dicti Regis filius et eius heredes Comites Hollandiae sunt in* FEODVM *recepturi — —* Et paullo post: *solis praedictis* HOMAGIIS *— et* SERVITIIS *debitis pro* HOMAGIIS, *ut* PRAEMISSVM *est, nobis — in dicta Terra* RETENTIS. Idque non semel, sed frequenter et disertis verbis in eadem Charta; ita ut tolli integra Charta debeat, si haec tollantur.

3°. Non monuit Vir Ampl. voces, quas affert: ET SIC *simpliciter et publice protestamur* — penitus cohaerere cum antecedentibus, et complecti conditionem, ut aiunt, *sine qua non:* nempe *ut* FLORENTIVS *Guidonis maiorem natu filiam accipiat in uxorem*, — et GVIDO *pro se suisque consentiat — quod Mater sua eidem Florentio dederit* IN FEODVM *— terram* ZELANDIAE, *— cum omnibus iuribus. — —* ET SIC *simpliciter et publice protestamur*, etc. i. e. si antecedentia rite observabuntur; alioqui non.

II. Alterum Viri Docti argumentum ex ipsa Charta petitum bl. 301, 302. eiusdem est naturae. „ Maar laat ons eens zien, *Wat* zy gaven, *en Hoe* zy „ 't gaven. By *Meyerus* heet het onbepaaldelijk, *geheel Zeeland*. Kwaalijk. „ 't Is waar, *Margriet* en *Guy* noemden het ook *geheel Zeeland*, doch telkens „ met deeze bepaalinge, tusschen *Hedineze en Schelde*. 't Verschil was dan al- „ leen over Zeeland Bewester Schelde. cett." Haec recte dicta. Sed aliud latet. Rem paucis expediam. Confudit Vir Ampl. duo penitus distinguenda: nempe 1°. *terram Zeelandiae Occidentalis*, in qua *Comes Hollandiae* et *Comes Flandriae* ex aequo sua iura habebant, sua iura reclamabant; et pro qua *Florentius Tutor* minime tamquam *Tutor*, ut oportuisset, sed tamquam *Feodatarius et Vasallus* HOMAGIVM Flandris praestaret; et cuius possessio hactenus iuris controversi fuerat inter Flandriae et Hollandiae *Comites*, ut saepius inculcatur. 2°. *Terram Zeelandiae Orientalis*, in quam quidem *Flandriae Comites* hucusque nullum ius praetenderant; cuius tamen respectu nunc etiam *Florentius Tutor* pro-

 mit-

A. 1256. d. 13. Oct. N. II. mittit, se *de illa* parte, *quae de praedicti Regis* WILHELMI *et Antec. suorum Comitum Hollandiae fuit* DEMANIO, *tamquam Tutorem* Homagium esse praestiturum, *quam*, inquit GVIDO p. 683. l. 17, *ob Ipsa, Nobis, et nostris heredibus* — FLORENTIVS REGIS FILIVS *et eius heredes Comites Holl. sunt in Feodum recepturi.* Recipit igitur vel recepturus est *Florentius*, non Tutor, sed eius *Pupillus*, illam alteram Zeelandiae partem, quae de *Wilhelmi Regis*, non Flandrorum, *Domanio* erat. Sentitisne? Hem astutias! Erat *Zeelandia Orientalis* Domanium Comitis Hollandiae. Ea autem vox *Demanii* de altera parte *ad Occidentem* Scaldis *partem* sita hac in Charta non adhibetur, sed contra ubique affirmatur, *Occidentalem* partem *Demanium* esse *Comitis Flandriae*, in quam uterque Comes sua iura, suos reditus, proventiones, iustitias, quidem reclamaverant hactenus; sed hoc *Hollandiae Domanium* non vocatur. Confer quae hac de re dixi Cap. IV. §. XIV. p. 314. sqq. *Zeelandia* igitur *Orientalis* per hanc Pacem ope ambitiosi istius Tutoris facta est Feudum oblatum, quod Tutor ille a Flandris nomine Pupilli acciperet. Non licebat quidem *Florentio Tutori* hanc *Orientalem* partem, quae ab Imperio immediate dependebat, et Pupilli sui *Domanium* fuerat, in *feudum* a Flandris recipere; fecit tamen. Iurene fecerit, alia res est; nihil hoc ad *Chartae authentiam!* non potuisse enim *Tutorem* ex iure Germanico Feudali hoc Imperii Feudum deterius reddere, illud alteri submittendo ac subfeudum Imperii reddendo; infra patebit ex Charta a. 1287. d. 24. Mart. qua Rex *Rudolphus* ad preces et querelas FLORENTII V. tunc ex ephebis egressi decrevit, non licuisse *Tutori* FLORENTIO res pupilli sui deteriores reddere. Spectasse haec ad *Zeelandiam Orientalem*, si non penitus; certe primaria ex parte, satis vero simile est; quippe *Occidentalem* ex *communi feudo* in *purum et integrum feudum* commutans, illud minime deterius, sed longe melius reddidit; nisi quatenus hanc dotis nomine sibi etiam stipulatus est: quod tamen per eius mortem incassum cecidit; contrarium vero in *Orientali* obtinuit. Haec penitus praetervidit V. Ampl. HVYD. praetervidérunt etiam alii, imprimis scriptores Zeelandi; et hinc tot errores; qui nunc facile profligabuntur. Conferantur quae contra huius viri sententiam, quamquam suppresso nomine, etiam obmovit V. D. P. PAVLVS *Diss.* saepe laud. *de nexu feudali Zeelandiae cum Flandris* p. 65. Reliquae quae proxime sequuntur Chartae ampliorem his dictis fidem facient, neque unquam posthac cum V. D. BOXHORNIO contra MEIERVM *Annalium Flandriae* probum scriptorem disputante, quisquam, spero, hoc de Feudo Zeelandiae pronunciabit: *Ik kan niet nalaten vryelijk te oirdeelen, dat dit een tastelyke leugen is.* Vid. SMALLEGANGE *Chronijk van Zeeland* bl. 230.

N. CCXVIII.

N. CCXVIII.

HENRICVS Dux Brabantiae Arbiter sedet inter MARGARETAM Comitiss. Flandriae, et FLORENTIVM Tutorem Hollandiae, de teloneis in Hollandia et Zeelandia a Mercatoribus Flandriae persolvendis. A. 1256. d. 13. Oct. N. III.

A. 1256. d. 13. Octobr.

FLORENTIVS Tutor Hollandiae pro se ac Nepote suo Florentio hoc Arbitrium confirmat. A. 1256. d. 13. Oct.

A. 1256. d. 15. Octobr.

Ad Excurs. VII. p. 320.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Insulens. Habetur etiam apud MIERIS *Charterb*, D. I. bl. 295. Confirmatio p. 297.)

VNIVERSIS PRESENTES LITTERAS inspecturis FLORENTIVS *tutor hollandie* salutem et cognoscere veritatem · ad universitatis vestre notitiam cupimus pervenire tenore presentium publice protestantes quod dictum illustris viri Domini HENRICI *Ducis Lotharingie* et *Brabantie* super *theloneis* a mercatoribus *flandrie* in *hollandia ac Zelandia* persolvendis, in quem tam ex parte nostra quam ex parte illustris Domine MARGARETE *flandrie et haynonie comitisse*, prout in Litteris super forma generalis pacis confectis plenius continetur extitit compromissum, prout idem dictum in Litteris eiusdem ducis super eodem

A. 1256. d. 13. Oct. N. III. eodem dicto confectis publicatum extitit, quarum de verbo ad verbum tenor est iste:

VNIVERSIS PRESENTES LITTERAS inſpecturis, HENRICVS (1) Dei gratia *Dux Lotharingie et Brabantie* ſalutem et cognoſcere veritatem. Cum illuſtris Domina MARGARETA *flandrie et haynonie Comitiſſa* pro ſe et ſuis heredibus Comitibus flandrie et nobilis vir Dominus FLORENTIVS *tutor hollandie* dilectus conſanguineus noster pro ſe et FLORENTIO nepote ſuo et eorum heredibus ſuper *theloneis* in *hollandia et zelandia* a mercatoribus *flandrenſibus* cum ſuis mercibus et rebus venalibus dicta thelonea transeuntibus perſolvendis ſervare promiſerint in omnibus et per omnia dictum nostrum, ſeque ad id per ſuas patentes Litteras et per ſuum iuramentum ſollempniter obligarint, noſſe volumus univerſos tenore preſentium ſimpliciter et publice proteſtantes nostrum ſuper hoc dictum et arbitrium tale eſſe: *videlicet quod ſi predictus Dominus* FLORENTIVS *tutor hollandie et* FLORENTIVS *nepos eius et eorum heredes in hollandia et zelandia in Locis illis ubi hactenus thelonea recipi conſueverunt a mercatoribus et hominibus flandrie thelonea receperint et recipi fecerint* et permiſerint [a] prout ab eis hactenus ſunt

re-

[a] MS. *promiſerint.*

(1) *Henricus*] Nimirum lectus erat Henricus arbiter Pacis cum Rege Franciae. At fuerat etiam *compromiſſum ſuper teloneis, ſtatutis locis, in Hollandia ſive Zelandia a mercatoribus Flandrenſibus — — perſolvendis.* Vid. d. 13. Oct. a. 1256. N. II. p. 687. §. 7.

recepta, dicta Domina Comitissa et eius heredes Comites *flandrie* pro eo quod a mercatoribus flandrensibus huiusmodi recipiuntur et recipientur thelonea, non movebunt nec moveri facient nec permittent [b] guerram dictis Domino FLORENTIO et FLORENTIO nepoti suo seu eorum heredibus aut hominibus, et quod dictos Dominum [c] FLORENTIVM et FLORENTIVM nepotem eius aut eorum heredes vel homines eorumdem in eorum personis aut bonis non arrestabunt nec arrestari facient nec permittent, nec pignora ab eis nec eorum hominibus capient, nec capi facient nec permittent, nec super hoc trahent eos in causam sive iudicium in suam curiam nec in aliam nec coram iudice ecclesiastico nec etiam seculari. in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum *Bruxelle* die veneris post diem *Beati Dyonisii* anno Domini M°. CC°. L°. sexto. A. 1256. d. 13. Oc N. 111.

Nos tam pro nobis quam etiam pro dicto FLORENTIO nepote nostro et eius heredibus atque nostris, approbamus, promittentes ipsum dictum bona fide pro nobis et nostris heredibus et pro dicto FLORENTIO et eius heredibus imperpetuum firmiter observare. In cuius promissionis nostre testimonium presens scriptum exinde conscribi et sigillo nostro fecimus communiri. Datum *Bruxelle* anno Domini M°. CC°. L°. sexto Dominica post festum Beati Dyonisii.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin

b MS. *prom.* c MS. *dictum.*

 scel-

A. 1256. d. 13. Oct. N. III. ſcellé du ſcel dudit FLORENT pareil à celui repreſenté dans Vredius planche 36. étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] à Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CCXIX.

A. 1256. d. 14. Oct. N. I. ARNVLPHVS Comes Losſenſis fideiubet pro pace, facta inter FLORENTIVM Tutorem Hollandiae pro ſe ac Nepote ſuo FLORENTIO V., et MARGARETAM Com. Flandriae pro ſe ac filiis ſuis GVIDONE Comite Flandr. et D. IOANNE de Dampetra, eorumque heredibus.

A. 1256. d. 14. Octobr.

Ad Excurs. VII. p. 321.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Inſulens.)

VNIVERSIS PRESENTES LITTERAS inſpecturis et audituris · ARNVLPHVS *Comes Losſenſis* ſalutem et cognoſcere veritatem · univerſitatis vestre notitie cupimus declarari tenore preſentium ſimpliciter et publice preſtantes[a] quod nos *pacem*, quam nobilis vir Dominus FLORENTIVS *tutor hollandie* pro ſe

a l. *proteſtantes*.

ſe et FLORENTIO nepote ſuo ac ipſorum heredibus atque ſuis A. 1256.
cum illuſtri Domina MARGARETA *flandrie et haynonie Comi-* d. 14. Oct. N. 1.
tiſſa pro ſe et ſuis filiis GVYDONE *Comite flandrie* et Domino IOANNE *de Dampetra* et eorum heredibus ac ſuis inivit, prout eadem pax cum articulis contentis in ea in Litteris (1) dicti Domini FLORENTII continetur ſimpliciter approbamus, eamque tam in ſe quam in ſuis articulis bona fide promittimus omni tempore vite nostre firmiter et inviolabiliter obſervare, et quod dicto Domino FLORENTIO vel FLORENTIO nepoti eius aut eorum heredibus ſive ſuis nullum omnino preſtabimus conſilium vel iuvamen, ſi forte, quod abſit, ipſi vel aliquis predictorum predictam Pacem in ſe vel in ſuis articulis preſumpſerint vel attemptaverint violare. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo nostro duximus muniendum.

Datum *Bruxellis* anno Domini M.° CC.° quinquageſimo ſexto, ſabbato post feſtum Beati Dyoniſii.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin ſcellé du ſcel dudit ARNOUL tres rompu, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] à Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

(1) *Litteris*] Hinc patet, FLORENTIVM Tutorem pro ſe ſimilem etiam Flandris Pacis confirmationem exhibuiſſe, ut aequum erat.

N. CCXX.

A. 1256. d. 14. Oct. N. II. ADVLPHVS Comes de Monte, et WALRAMVS Dux de Limburgh eamdem Pacem se obseruaturos pollicentur.

A. 1256. d. 14. Octobr.

Ad Excurs. VII. p. 321.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Insulens. Habetur etiam haec Charta MIEB. *Chartob.* D. I. bl. 296.)

VNIVERSIS PRESENTES LITTERAS inspecturis et audituris ADVLPHVS *Comes de Monte* et WALRAMVS *Dux de Limburgh* salutem et cognoscere veritatem. universitatis vestre noticie cupimus declarari tenore presentium simpliciter et publice protestantes quod nos *Pacem*, quam nobilis vir Dominus FLORENTIVS *tutor hollandie* pro se et FLORENTIO nepote suo ac eorum heredibus atque suis eum illustri Domina MARGARETA *flandrie et hainonie Comitissa* pro se et suis filiis Domino GYDONE *Comite flandrie* et Domino IOANNE *de Dampetra*

(1) In iisdem Archivis Insulensibus complures aliae asservantur Chartae, quae huc spectant. Quaenam sint, indicabo verbis Viri Nobil. GODEFROY Archivarii Insulens., qui, quum antecedentia ad me mitteret, ita humanissime:

„ Je n'ay pas jugé à propos de faire copier les lettres, dont il va être fait
„ mention cy dessous parce qu'elles sont construites dans les mêmes termes
„ que celles cy dessus.

„ Lettres de THIERRY *de Valkenburg*, scellées de son seel.

„ Autres de TH. (*Thierry*) *dit loef Comte d'Oerepont*.

„ Au-

petra et eorum heredibus ac ſuis inivit prout eadem pax cum articulis contentis in ea in Litteris Domini FLORENTII continetur ſimpliciter approbamus eamque tam in ſe quam in ſuis articulis bona fide promittimus omni tempore vite nostre firmiter et inviolabiliter obſervare et quod dicto Domino FLORENTIO vel FLORENTIO nepoti ſuo aut eorum heredibus ſive ſuis, nullum omnino preſtabimus conſilium vel iuvamen ſi forte, quod abſit, ipſi vel aliquis predictorum predictam Pacem in ſe vel in ſuis articulis preſumpſerint vel attemptaverint violare. in cuius rei testimonium preſens ſcriptum ſigillis nostris duximus muniendum. Datum anno M. CC. quinquageſimo ſexto. ſabbato post festum beati Dyoniſii. A. 1256. d. 14. Oct. N. 11.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin ſcellé des ſceaux desdits ADOLPH et WALRAM étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du

„ Autres de ARNOUL *de dieſte*, Chevalier.
„ Autres de GODEFROY *de Piereweis* Seigneur de Grimberges.
„ Autres de HENRY *de Vorne*, SIMON *de harlem*, THIERRY *de Theylingen*, IEAN *Perſin*, NICOLAS *de herſele*, [l. berſale] GODEFROY *de Cruninghen*, HENRI *de heck*, ARNOUL *de Emecekerke*, Chatelain de Thoremborg, WILLAUME *de Strena*, HUGUES *de Naldevic*, HUGUES *de Scoudé* et SIMON *de Zubburg*.

Huius ultimae Chartae partem habet VRED. Probb. *Geneal. Com. Fl.* P. E. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 296. et p. 245. ſq.

A. 1256. d. 14. Oct. N. 11.

du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CCXXI.

A. 1256. d. 15. Oct. N. 1.

MARGARETA Comitissa Flandriae promittit pro se suisque servare arbitrium HENRICI Ducis Brabantiae de Teloneis (1).

A. 1256. d. 15. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 320.

(Ex Camera Feudali Hollandiae MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 297.)

Vniversis presentes litteras inspecturis MARGARETHA, *Flandriae et Hannoniae Comitissa*, salutem et cognoscere veritatem. Ad universitatis vestrae notitiam cupimus pervenire tenore presentium; simpliciter et publice protestantes, quod dictum Illustris Viri Domini HENRICI, *Ducis Lotharingie et Brabantie*, super *Theloneis* a mercatoribus nostris de *Flandria*, *in Hollandia et Zeelandia* persolvendis in genere, tam ex parte nostra, quam ex parte Domini FLORENTII, *Tutoris Hollandiae*, ex concordi utriusque nostrum consensu, *quemadmodum in*

(1) *Teloneis*] Easdem approbationis literas exhibuit GVIDO d. 21. Oct. pro se suisque heredibus, quam ex *Archivis Hannon.* produxit MIERIS l. l. bl. 299. nec non GVIDONIS frater IOHANNES Dominus de Dampetra, eod. die.

in litteris, super forma generalis Pacis confectis, plenius contine- A. 1256.
tur (2), extitit *compromissum*, prout idem dictum in litteris d. 15. Oct. N. 1.
eiusdem Ducis, super eodem dicto confectis, publicatum existit, quarum de verbo ad verbum tenor est iste:

„ Vniversis, presentes litteras inspecturis, HENRICVS Dei „ gratia *Dux Lotharingie et Brabantie* salutem, etc. [supra p. 696.]

„ Datum *Bruxelle* die Veneris post diem Beati Dionisii, anno „ Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

Nos tam pro nobis, quam pro GVIDONE, *Comite Flandriae*, predilecto filio nostro, quam pro nostris heredibus approbamus, promittentes ipsum dictum sive arbitrium bona fide pro nobis et nostris heredibus in perpetuum firmiter observare. In cuius promissionis nostrae testimonium presens scriptum exinde conscribi et sigillo nostro fecimus communiri.

Datum *Bruxellae* die Dominica post festum Beati Dionisii anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

(2) *Continetur*] Vid. Pacis Tabulas p. 687. §. 7.

N. CCXXII.

CCXXII.

A. 1256. d. 15. Oct. N. II. MARGARETA Comitissa Flandriae promittit non recipere nec tolerare Exules, ea conditione, ut idem faciat FLORENTIVS Tutor Hollandiae, pro se ac FLORENTIO pupillo.

A. 1256. d. 15. Oct. N. III. et IV. Eadem promittit GVIDO Comes Flandriae (1), nec non FLORENTIVS Tutor Hollandiae (2).

A. 1256. d. 15. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 320.

(Ex *Archivis Hagan.* et *Camera Feudali Holland.* MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 298.)

Vniversis presentes litteras inspecturis, MARGARETA, *Flandrie* et *Hannonie Comitissa*, salutem et cognoscere veritatem. Ad universorum pervenire noticiam cupimus tenore presencium simpliciter protestantes, nos, tam pro nobis, quam pro GVYDONE filio nostro, *Comite Flandrie*, et nostris heredibus promisisse, nosque, quod ad id per nostrum sacramentum super hoc prestitum, solempniter obligasse, quod omnes illos, qui iam *de Hollandia* sive *de Zelandia* sunt banniti, vel de cetero bannientur, cuiuscumque conditionis extiterint, postquam nobis fuerint publicati, nullo unquam tempore, in nostro Dominio *in Flandria*, videlicet et *Hannonia* tenebimus, neque

(1) *Flandriae*] Habetur iisdem fere verbis GVIDONIS Charta I I. MIER. D. I. bl. 298.

(2) *Hollandiae*] Memoratur huius etiam FLORENTII Charta *dans l'Inventaire des titres à Lille* n. 22.

neque ſustinebimus, neque permittemus ſcienter aliquatenus. A. 1256. d. 15. Oct.
quod huiusmodi banniti ibidem de cetero teneantur, et ſimili- N. III. et IV.
ter tenebuntur facere nobis et noſtris heredibus, *Comitibus Flandrie*, Dominus FLORENTIVS, *Tutor Hollandie*, et FLORENTIVS Nepos eius et eorum heredes de bannitis *Flandrie* et *Hannonie*, quod omnes illos, qui nunc de *Flandria* vel *Hannonia* ſunt banniti, vel de cetero bannientur, cuiuscumque conditionis exiſtant, postquam eis fuerint publicati, nullo unquam tempore in eorum Dominio, videlicet *in Hollandia* vel *Zelandia* tenebuntur, neque ſustinebunt, aut permittent aliquatenus ſcienter, quod huiusmodi banniti ibidem de cetero teneantur. In cuius permisſionis et obligationis nostre testimonium preſens ſcriptum conſcribi et ſigillo nostro duximus communiri.

Datum *Bruxelle* Dominica post festum Beati Dioniſii, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto.

N. CCXXIII.

A. 1256. d. 15. Oct. N. v.

FLORENTIVS Tutor Hollandiae declarat traditas ſibi literas ab HENRICO Duce Brab. quibus Dux auxilium promittit MARGARETAE Flandriae, ſi FLORENTIVS pacem et concordiam inter MARGARETAE liberos *Peronae* initam non obſervet.

A. 1256. d. 15. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 321. f.

(Copie tirée d'un Regitre répoſant en la Chambre des Comptes de S. M. en Brabant, ayant pour titre: *hic incipiunt diverſa Privilegia Illuſt. Princ. Ducib. Reg. et Imp. conceſs.* marqué de la lett. B. fol. 85. vs. Mecum communicavit excell. Comes DE NENY, Conſilii Brab. praeſes.

VNIVERSIS preſentes Litteras inſpecturis, FLORENTIVS, *Tutor hollandie*, ſalutem et cognoſcere veritatem. univerſitati veſtre notum facimus quod vir Illuſtris Kariſſimus conſanguineus noſter HENRICVS *Dux Lotharingie et Brabantie* Illuſtr. Domine MARGARETE *Flandrie* et *haynonie Comitiſſe* et Domino GVIDONI *Comiti Flandrie* et Domino IOHANNI *de Dampetra* eius filiis, ad requiſitionem et inſtanciam noſtram Litteras ſuas tradidit in hac forma:

Vniverſis preſentes Litteras inſpecturis, HENRICVS Dei gracia *Lotharingie* et *Brabantie Dux* ſalutem et cognoſcere veritatem tenore preſentium ſimpliciter proteſtamur, quod nos ad preces et inſtanciam Kariſſimi conſanguinei noſtri viri nobilis

bilis Domini FLORENTII *tutoris hollandie* promisimus et pro- A. 1256.
mittimus bona fide, quod si dictus Dominus FLORENTIVS d. 15.Oct. N. v.
vel FLORENTIVS nepos eius filius illustris Domini WILLELMI clare memorie *Romanorum Regis* aut ambo seu heredes ipsorum, aut aliquis de suis heredibus, seu ipsorum nomine, sive aliquis vel aliqui de suis, Pacem inter ipsos et heredes eorum et suos ex una parte, et Illustrem Dominam MARGARETAM *Flandrie* et *Haynonie Comitissam*, Dominum GVIDONEM *Comitem Flandrie*, et Dominum IOHANNEM *de Dampetra* filios eius et heredes eorum et suos ex altera in presencia Illustris Domini LODOVICI *Francorum Regis* apud *Peronam* (1) factam, aut aliquem seu aliquos eiusdem Pacis articulos, quod absit violare, aut contra eam, vel aliquem, seu aliquos eiusdem Pacis articulos, venire presumpserint, aut etiam attemptarint: nos prestabimus dicte Domine *Comitisse*, Domino GVIDONI, *Comiti Flandreñ*, et Domino IOHANNI *de Dampetra* eius filiis ac eorum heredibus et successoribus atque suis contra prenominatum Dominum FLORENTIVM et FLORENTIVM nepotem suum et heredes ipsorum et adiutores et fautores eorum, consilium, auxilium, per efficaciam et favorem, donec quod factum fuerit contra Pacem aut aliquem aut aliquos ex eius articulis plenius fuerit emendatum. In cuius rei testimonium pre-

(1) *Peronam*] Vid. supra p. 676.

A. 1256. d. 15. Oct. N. v. presens scriptum conscribi, et sigillo nostro fecimus communiri. Datum *Bruxelle* Dominica post festum beati Dyonisii anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

Datum *Bruxelle* die et anno supradictis.

N. CCXXIV.

A. 1256. d. 21. Oct. N. I. MARGARETA Comitissa Flandriae FLORENTIO Tutori Hollandiae in feudum concedit totam *terram Zeelandiae inter Hedineze et Scaldam*, quae de suo erat *Dominio*; pro eaque FLORENTIVS homagium ei praestat. De altera vero Zeelandiae parte, quae de Dominio fuerat WILHELMI Regis Rom. Comitis Holl. recipit ipsum in homagium tanquam FLORENTII V. *tutorem*, interposita hac de parte nova conditione.

A. 1256. d. 21. Oct.

Vidimus Abbatis Lobiensis.

Ad Excurs. VII. p. 322.

(Ex Originali *Vidimus* in Archivis Camerae Rationum Insulens. Vitiose in MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 302.)

VNIVERSIS PRESENTES LITTERAS inspecturis B...... Dei gratia Lobiensis Abbas salutem in Domino. Noverint universi nos vidisse cartam illustris Domine MARGARETE *flandrie* et *hanonie Comitisse* in hec verba.

Nos

Nos MARGARETA *flandrie et hanonie Comitissa* notum fieri volumus universis presentes Litteras inspecturis, quod nos illustri viro Domino FLORENTIO *tutori-hollandie totam terram zelandie sitam inter hedineze et scaldam* que de nostro et antecessorum nostrorum *Comitum flandrie* fuit *demanio* dedimus in feodum, de qua nobis in presentia hominum nostrorum fecit *homagium* ut *vassallus* · de illa autem parte *terre zelandie* que *de domanio* extitit clare memorie Domini WILLELMI *Regis Romanorum* fratris ipsius Domini FLORENTII et antecessorum ipsius *Comitum hollandie* recepimus ad homagium, tanquam tutorem, Dominum FLORENTIVM antedictum, salva (1) tamen sibi et suis successoribus in illa parte, si qua eum iure hereditario poterit contingere, debita portione, de qua etiam portione si qua eum sic contigerit ipse et sui successores tenebuntur nobis facere *homagium* ac Domino GVIDONI nostro filio *Comiti flandrie* et eius successoribus *Comitibus flandrensibus* tanquam *feodatarii hereditarii* et *vassalli*. In cuius rei testimonium et munimen presentes Litteras Sigilli nostri fecimus impressione muniri. A. 1256. d. 21. Oct. N. 1.

Datum *Bruxelle* anno Domini M°. CC°. L°. sexto sabbato post festum beati Luce Evangeliste.

* * *

Collationné au Vidimus Original en Parche-

(1.) *Salva*]. Facile hinc fides dictis p. 693. sq. conciliatur, et simul patet, quam ambitiosus fuerit Princeps *Florentius* Tutor.

A. 1256. d. 21. Oct. N. I.

chemin scellé du scel de cet Abbé, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 10. May 1776.

GODEFROY.

N. CCXXV.

A. 1256. d. 21. Oct. N. II.

FLORENTIVS Tutor Hollandiae promittit MARGARETAE Comitissae Flandriae, ac GVIDONI Com. Flandr. eius filio, se omni id acturum ope, ut FLORENTIVS V. *cum ad legitimam aetatem venerit*, Pacem inter se, et MARGARETAM initam, ratam habeat ac firmam. Quod si recusaverit, nihilominus inter ipsos ante acta fore rata, neque se FLORENTIO V. opem esse laturum.

A. 1256. d. 21. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 322.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Insulens.)

Nos FLORENTIVS *tutor hollandie*, notum fieri volumus universis presentes Litteras inspecturis et audituris nos fide interposita et corporali prestito sacramento promisisse illustri Domine nostre MARGARETE *flandrie* et *haynonie Comitisse* atque Domino GVIDONI *Comiti flandrie* filio eius, quod opem et ope-

operam pro posse nostro adhibebimus efficacem ad hoc quod FLORENTIVS nepos noster cum venerit ad etatem legitimam, compositionem et Pacem quam pro nobis et nostris et ipso FLORENTIO atque suis inivimus cum dicta Domina Comitissa pro se et suis filiis, videlicet Domino GVIDONE *Comite flandrie* predicto et IOHANNE *Domino de Dampetra* et eorum successoribus atque suis singulosque eiusdem Pacis articulos secundum quod in Litteris inde confectis plenius continetur, ratam habebit et firmam et quod ad ipsam tenendam in omnibus et per omnia se per fidem et sacramentum suum solempniter obligabit, et Litteras suas inde dabit suo sigillo munitas in eadem forma in qua nos Litteras nostras tradidimus dicte Domine Comitisse: quod si dictus FLORENTIVS predicta nollet facere aut servare acta dicte Pacis et ea que continentur in Litteris dicte Comitisse super dicta Pace confectis non poterunt dicto prodesse FLORENTIO, nec obesse Domine Comitisse predicte, sed nihilominus quantum ad nos et heredes nostros dictam Pacem servantes, in suo robore permanebunt · promisimus insuper et iuravimus sollempniter quod si dictus FLORENTIVS nepos noster aut sui dictam Pacem in se aut in aliquo articulo dicte Pacis infringerent et moniti a dicta Domina Comitissa vel Domino GVIDONE *Comite* predicto aut eius heredibus *Comitibus flandrie* emendare non vellent, nos ipsi FLORENTIO aut suis nullum consilium ad hoc vel auxilium preberemus, sed dicte

A. 1256. d. 21. Oct. N. 11.

A. 1256. d 21. Oct. N. II. cte Domine nostre Comitisse et Domino GVIDONI *Comiti flandrie* et eorum successoribus *Comitibus flandrie* tamquam *Dominis nostris* in omnibus et per omnia serviremus et auxilium preberemus eisdem. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum.

Datum *Bruxelle* anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto sabbato post festum Beati Luce Evangeliste.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin scellé du scel dudit FLORENT pareil à celui dont il est parlé cydessus, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 13. May 1776.

GODEFROY.

N. CCXXVI.

A. 1256. d. 21. Oct. N. III. FLORENTIVS Tutor Hollandiae promittit observare Pacem cum MARGARETA Com. Flandriae initam, etiam siquando per obitum FLORENTII V. impuberis *Hollandiae Comitatus* ad se aut successores suos devolveretur.

A. 1256. d. 21. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 322.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Insulens.)

NOS FLORENTIVS *tutor hollandie* notum fieri volumus universis presentes Litteras inspecturis nos fide et corporali sacra-

eramento solempniter prestitis promisisse pro nobis et nostris A. 1256.
successoribus nos Compositionem et Pacem, quam pro nobis et d. 21. Oct. N. III.
nostris ac pro FLORENTIO nepote nostro et eius heredibus atque suis inivimus cum illustri Domina MARGARETA *flandrie* et *haynonie Comitissa* ac suis in perpetuum firmiter et inviolabiliter servabimus ac singulos eiusdem Pacis articulos prout in Litteris suis super dicta Pace confectis plenius continetur, etiam si contingat ad nos (1) aut ad successores nostros casu aliquo devolvi *hollandie Comitatum* · et *de illa parte zelandie de qua* eidem Domine Comitisse *fecimus homagium* tamquam *tutor* faciemus ei ac Domino GVIDONI filio eius *Comiti flandrie* et eius successoribus *Comitibus flandrie homagium* tamquam *feodatarius hereditarius et vassallus* · ad hoc autem nos et nostros obligamus in posterum successores· In cuius rei testimonium et munimen presentes Litteras fecimus sigilli nostri appensione muniri. Datum *Bruxelle* anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto · sabbato post festum Beati Luce Evangeliste.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin scellé du seel dudit FLORENT pareil à celui représenté dans VREDIUS planche

(1) *Ad nos*] At cavere neglexit Margareta, quid faciendum, si ipse Tutor ante Florentium V. obiret. Qui casus revera exstitit; et hinc novae postea lacrimae.

A. 1256. d. 21. Oct. N. III. che 36. étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] à Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CCXXVII.

A. 1256 d. 22. Oct. N. I. FLORENTIVS Tutor Holland. promittit ſtare arbitrio DD *de Diest*, et *de Grimbergis*, vel HENRICI Ducis Brab. ſi quid tempore induciarum inter ipſum, et MARGARETAM, in ſua Iurisdictione vel a ſuis commiſſum esſet.

A. 1256. d. 22. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 323.

(Ex Originali in Archivis Camerae Rationum Inſulens.)

VNIVERSIS PRESENTES LITTERAS inſpecturis · FLORENTIVS *tutor hollandie* ſalutem et cognoſcere veritatem · ad univerſorum notitiam pervenire cupimus nos fide data ſollempniter promiſiſse quod omnes interceptiones treugarum factas in *Diſtrictu* nostro vel a nostris infra *treugas* a nobis ex una parte et illuſtri Domina nostra MARGARETA *flandrie* et *haynonie Comitiſſa* ex altera datas, emendari iuxta nobilium virorum Domini ARNOLDI *de Dist* et Domini WILLELMI *de grimbergis*, vel ſi dicti duo nequiverint concedere iuxta illuſtris viri

viri Domini HENRICI *Ducis Brabantie* et alterius eorum cu- A. 1256. d. 22. Oct. N. I.
iuscumque dictorum duorum dicto prefatus Dux consensum suum duxerit applicandum arbitrium faciemus. In cuius promissionis nostre testimonium presentes Litteras conscribi et sigillo nostro fecimus communiri.

Datum *Bruxelle* in crastino undecim milium virginum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin scellé du scel dudit FLORENT, pareil à celui représenté dans VREDIUS planche 36. étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 12. May 1776.

GODEFROY.

N. CCXXVIII.

FLORENTIVS Tutor Hollandiae donat Telonei immunitatem fratribus Ordinis Teutonici Traiecti. A. 1256. d. 22. Oct. N. II.

A. 1256. d. 22. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 313. (*c*).

(Ex Archivis Domus Teutonicae Traiecti Loc. 7. n. 3.)

Vniuersis presentes litteras inspecturis. FLORENTIVS *Tutor Holland*. salutem et cognoscere veritatem. Ad vniuerso-

 rum

A. 1256. d 22. Oct. N. II. rum noticiam cupimus peruenire tenore presentium simpliciter et publice protestantes / nos honorabilibus viris · · Preceptori et fratribus Ordinis fratrum Theutonicorum Domus sancte Marie in Traiecto, dilectis nostris de speciali gratia concessisse quod quocienscumque fratres eosdem pro victu et uestitu Conuentus eiusdem domus in Traiecto res quascumque ipsis fratribus necessarias per *Comitatum Hollandie* contingat deducere, ijdem fratres et eorum nuntij quoad res predictas in usus ipsorum fratrum tantummodo conuertendas / per Comitatum predictum sine *pensione telonei* libere pertransibunt · In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et Sigillo nostro fecimus communiri · Datum dominica ante festum apostolorum Symonis et Iude · Anno Domini millesimo Ducentesimo Quinquagesimo sexto (1).

* * *

Appendet FLORENTII mutilum ex albo Sigillum, *Eques*, cuius in dorsali *Leo*. Contrasigillum scutum triquetrum, his literis:

✠ FLORENTIVS DE HOLLANDIA.

(1) Cf. aliam *Florentii* Chartam fratribus Teutonicis de libero per terras commeatu concessam apud MIER. *Charterb.* D. I. bl. 319. a. 1257. d. 1. Ian. qui et hanc habet p. 316.

N. CCXIX.

N. CCXXIX.

MARGARETA Comitissa Flandriae confirmat Comitatum *Hannoniae* IOHANNI de Avesnis, post mortem suam, neque eum quoquam modo alienare promittit (1). A. 1256. d. 29 Oct.

[A. 1256. d. 29. Oct.]

Ad Excurs. VII. p. 221, 324.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1078. MIERIS *Charterb.* D. I bl. 316.)

Nous MARGUERITE, Contesse de FLANDRES et de HAYNAU, sasons savoir — — que nos avons en couvent a IEHAN D'AVESNES, nôtre chier fil, et a ses oirs, que *tant que nous vivrons*, ne ferons, ne ne porchacerons, ne par nous, ne par autrui, par quoy li devant dis IEHAN, ne si oir, soient eslongiés *apriés nous* do la *Contet de Haynau*, que le ne viengne a lui — — ne par don, ne par vendenden-

(1) Rebus MARGARETAE cum FLORENTIO *de Hollandia*, super *Zeelandia* die 13—21. Oct. a 1256. compositis, restabat reconciliatio inter ipsam filiosque GVIDONEM ac IOHANNEM de Dampetra ab una, et inter IOHANNEM *d'Avesnis* cum*fratre* ab altera parte. Ex Pacto equidem cum WILHELMO *Rege* d. 19. Maii a. 1250. p. 575. manserat *Margareta* quieta omnium Terrarum suarum Domina, puta *Flandriae*, *Zeelandiae*, *Hannoniae*, *Namurci*; ita tamen ut post ipsius mortem GVIDO heres fieret *Flandriae* cum adiuncta *Zeelandiae* terra, quam *Hollandus* feudi titulo possidebat; IOHANNES vero *de Avesnis* heres foret *Hannoniae*. Vid. p. 498. et 612. c. not. Haec Charta nunc *Iohanni* ius suum confirmat. Huc faciunt quoque sequentes Chartae, eodem tempore datae; in quarum 1ª. BALDVINVS *de Avesnis* frater IOHANNIS, in gratiam fratris sui, renunciat omni iuri, quod ha-

A. 1256. d. 29. Oct. vendenge, ne par escange, ne par nulle autre maniere d'alienation, ——— ———

——— ——— ——— ——— ——— ——— ———

Donées en l'an de l'Incarnation nostre Signeur MCC. LVI. el mois d'Octobre.

habere poterat in Comitatum *Hannoniae*. 2°. Civitas Valentianae IOHANNEM *d'Avesnis* successorem agnoscit *Margaretae* in hunc Comitatum, d. 29. Oct. 3°. IOHANNES *de Aldenarde* aliique istius terrae Proceres, se obsides faciunt de pacto inter Margaretam et filios ab hac et ab illa parte rite observando apud MARTENE l. l. p. 1079-1084. quas omnes habet MIERIS l. l. bl. 317, 318. Huius Pacis *Margaretae* cum filiis initae mentio iterum habetur in Charta apud MARTENE l. l. p. 1085, 1086. *Data anno Dom.* MCCLVII. *Sabbato in palmis*, (i. e. 23. Mart. 1258.) qua *Margareta* scribit *de acquirendis ducentis libratis Terrae filio* IOHANNIS *de Avesnis pro supplemento hereditatis*; at plenior omnis rei gestae narratio in *Charta* GVIDONIS sequenti d. 22. Nov. a. 1257. in Probb. Cf. alias huc spectantes Chartas in MARTENE l. l. p. 1104, 1105.

N. CCXXX.

Intra A. 1256. d. 22. Oct. et a. 1258. d. 26. Mart.

Chora a FLORENTIO, Tutore Hollandiae, *Zeelandis* concessa, et ab ipso, et Domino HENRICO de Vorne, Castellano Zeelandiae confirmata (1).

Intra a. 1256. d. 22. Oct. et a. 1258. d. 26. Mart. (2).

Ad Excurs. VII. p. 301, 326. *sq.*

(MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 302-316.)

Ego FLORENCIVS, Tutor Hollandie omnibus Nobilibus inter *Bornisse* et *Heydiinszee* manentibus, ut hanc legem sive

(1) Duraverat hactenus *Feudum commune Zeelandiae* Occidentalis, et Pactum Heedenseanum a. 1168. una cum additis conditionibus, de quibus inter *Marga-*

ve instituta, sive Choram eligerent, sibi concessi ad terminum Intra
duraturam, quam Ego et Dominus HENRICVS *de Vorne*, *Cas-* a. 1256. d. 22. Oct.
tellanus Zelandie confirmamus, et omnibus inter *Bornisse* et et a. 1258. d. 26. Mart.
Heydiinszee manentibus in vita et in bonis eorum firmissimam
Pacem precipimus.

§. I. Cum *Comes*, vel eius *Castellanus* in *Zelandiam* venerit, ad agendum aliquid, quod ad utilitatem terre spectat — —

§. XXXVII. Quandocumque pugiles pugnabunt, qui victus erit, cadet super terram, vel proicietur ad terram; vel fugabitur ultra funem, vel extra circum, qui *Criit* dicitur, fugabitur vel expelletur, et cum armis minoribus pugnabunt. Quicumque pugili nocuerit, postquam infra *Criit* pervenerit, nisi ille, qui de iure contra ipsum pugnare debet, emendabit in gratia Comitis. Quicumque sine Comitis licencia intraverit *Criit* solvet Comiti unam libram. Quicumque ad duellum a Comite in Scabinum eligitur, non potest contradici. Cuius pugil victus fuerit, solvet pugili victoris IV. marcas. Quidquid *in Zelandia* cum placito duelli convincitur, quadruplum solvetur, nisi in annuali placito fuerit. Quicumque in duello convictus

garetam, et *Wilhelmum* Regem tamquam *Comitem*, convenerat: quae quidem admodum dispari sunt conditione ab hac *Chora*. Simulatque autem hoc anno 1256. d. 13. Octobr. id *Pactum Heedenseanum* tacite est abrogatum, et novum superinductum (p. 681.) statim nova haec *Chora*, quae antea consistere non poterat, a *Florentio* data est. *Datorem* autem hunc Florentium esse, vid. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 308 et 316.

(2) Concessam dixi intra d. 22. Oct. a. 1256. et d. 26. Mart. a. 1258. Non se-

Intra A. 1256. d. 22. Oct. et a. 1258. d. 26. Mart.

victus fuerit, folvet Comiti tres libras. Quando Quefitor duelli fecerit iurationem fuam ante, fine contradictione intrabit cum pugile fuo pro lege et arte fua facienda.

---

§. XLIII. Obfides Pacis non tenentur nifi tantum pro pace; fi autem obfes Pacis voluerit fe obligare pro argento, vel pro aliqua alia caufa, ei non conceditur nifi coram *Comite Hollandie*, vel eius Caftellano.

---

§. LIII. Filius *Comitis Hollandie* legitimus fenior, cum ad annos difcretionis pervenerit, ubicumque loco patris effe debet et iufticiam exercere.

---

§. XCI. Quicumque terram fuam vendere voluerit, vel fundos, qui *hoffteeden* dicuntur, et ipfe prebebit eam per tres dies dominicos fratribus fuis et fororibus fuis, vel filiis eorumdem,

ferius, quia d. 26. Mart. a. 1258. obiit *Florentius* Chorae dator. Neque antea; quia hanc terram demum d. 13. Oct. a. 1256. a Comite Flandriae in feudum accepit. Non potuit autem maturius dari; 1°. quia Florentius non fuit *Hollandiae Tutor*, nifi poft obitum *Wilhelmi* d. 28. Ian. a. 1256. 2°. quia in hac Chora talia occurrunt, e. c. de *petitione*, de *duellis*, eorumque loco, de *munitionibus*, aliaque, quae durante priori Zeelandiae ftatu locum habere non potuerunt. Quod vero MIERIS bl. 308. diem 23. Oct. a. 1256. ftatuit, id vix per temporis ac locorum intervallum fieri potuit: quia d. 22. Oct. Tutor adhuc Bruxellis erat. Vid. Chart. h. d. n. 1. Videntur tamen Nobiles Zeelandiae Vafalli, vel Tutoris Confiliarii, in hac Chora confcribenda interim occupati fuiffe, approbanda, et confirmanda, quando Bruxellis redux foret Florentius.

dem, patruis suis, avunculis suis, materteris, et amitis suis, Intra A. 1256. d. 22. Oct. et a. 1258. d. 26. Mart.
et filiis eorumdem, et non ulterius. Si emere voluerint, emant sicut extranei; si emere noluerint, vendat cuicumque voluerit. Nemo habebit *aneborte*, manens *in Zeelandia*, de aliqua terra, qui infra proximum annum *et unum diem*, postquam terra vendita fuerit, suam *aneborte* non requisierit coram hominibus *Comitis Hollandie* manifeste.

---

§. CXI. Omnes manentes inter *Bornisse* et *Heydiinszee* sub uno iure et una Chora habeantur, exceptis Choris *Middelburgo*, de *Zeerixee*, de *Westcappella*, de *Dumburgh* et de *Soutenlande*.

---

§. CXV. Annuale placitum tenendum est apud *Zande*, quamdiu ista Chora durat, a medio Maii usque ad medium Iulii, vel a fine Augusti usque ad festum beati Martini, quando *Comes* voluerit; et quidquid apud *Zande* cum *duello* acquisitum fuerit, nonuplum solvetur.

N. CCXXI.

FLORENTIVS Tutor Hollandiae Ius Patronatus et Ecclesiam *de Pynatker* concedit Abbatiae *de Koningsveld*. A. 1257. d. 22. Febr.

A. 1257. d. 22. Febr. (1)

Ad Excurs. VII. p. 313. (*c*)

(Ex Cod. MS. de Abbatia Koningsveld, 8°. p. 71. n. 1. descripto ad Originale.)

Nos FLORENTIVS *Tutor Hollandie*, notum facimus universos

(1) Ex stilo Francico referri oportebit ad a. 1258.

A. 1257. d. 22. Febr. versis, presentem literam inspecturis, quod nos considerata necessitate *Novelle plantationis Sanctimonialium de Coningesfelt* Ius Patronatus Ecclesie *de Pynacker* et ipsam *Ecclesiam* cum omnibus proventibus suis, cedente vel decedente WILHELMO Rectore ipsius Ecclesie, dictis Sanctimonialibus divine retributionis intuitu liberaliter duximus assignandam, ita * ..... quod eandem Ecclesiam per legitimum Vicarium sui ordinis procurent, et faciant in perpetuum deserviri; Ne autem super hoc in posterum valeat aliquis dubitationis scrupulus suboriri, presentem paginam predictis indulsimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum apud *Hage* A°. Domini M. ducentesimo quinquagesimo septimo in Cathedra Beati Petri Apostoli.

* f. *ita videlicet.*

* * *

Appenderat Sigillum FLORENTII cum Contrasigillo, ibidem delineatum, cuius inscriptio haec est:

✠ S. FLORENTII DE HOLLANDIA G'MANI DNI W. ROM. REG. ILLVSTR.

In aversa parte:

FLORENTIVS DE HOLLANDIA.

N. CCXXXII.

N. CCXXXII.

FLORENTIVS Tutor Hollandiae confirmat immunitates a WILHELMO Rege et Comite concessas Abbatiae S. Bernardi ad Scaldem, monetque GERARDVM de Ostende, ut ne amplius his molestias creet. A. 1257. d. 24. Febr.

A. 1257. d. 24. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 321, 327.

(Ex Originali in Monasterio S. Victoris Antverpiae.)

FLORENTIVS *Tutor Hollandie* GERARDO *de oystende* fideli suo gratiam suam. Cum jnclite recordationis dominus et frater noster ·W· Rom̄ Rex abbati et conuentui sancti *bernardi* sexaginta mensuras terre in tuo officio ab annua *petitione* et *precaria* duxerit liberas remittendas/ miramur non modicum quod contra hanc gratiam eis factam ipsos aggrauas et molestas/ quare fidelitati tue districtissime inhibemus/ ne eos super hoc de cetero impedire presumas/ permittens eos predicte terre et gratie pacifica possessione gaudere sicut nostram diligis gratiam et fauorem (1). Datum *Syricse*. Sabbato ante Dominicam Inuocauit.

* * *

Appendet Sigillum, mutilum.

(1) *Fauorem*] In calce Chartae MS. huc referuntur verba sqq. tamquam omissa: *hoc prouiso potissime ne terra predicta remaneat inculta. Datum ut supra.* Retuli Chartam, cui annus non adiicitur, ad a. 1257. Quod FLORENTIVS Tutor hic facit, id d. 31. Ian. a. 12$\frac{57}{58}$. confirmavit ALEIDIS Tutrix. Vid. suo loco. Optime autem haec Charta intelligitur ex altera FLORENTII Tutoris, d. 16. Mart. a. 12$\frac{57}{58}$. quam, quia suo loco exhibere omisi, hic inseram, ex Originali in eodem Monasterio S. Victoris Antverpiae a me descriptam. Quae sic habet:

A. 1257. d. 24. Febr. „ FLORENTIVS *tutor Hollandie* Vniuerſis collectoribus *annualis precarie* in „ *ſelandia* quicumque erunt pro tempore gratiam ſuam / Cum inclite recor- „ dationis dominus et frater noster ·W· *Roman Rex* Abbati et Conuentuj „ ſancti *Bernardj* ſexaginta menſuras terre ab annuali *precaria* duxerit eximendas / fidelitati vestre diſtricte precipimus et mandamus / quatinus oc- „ caſione istius precarie ab ipſis nichil de cetero exigatis / nec a GERARDO „ *de oſtende* in cuius officio ſita est dicta terra extorquere aliquid preſumatis / „ cum eandem gratiam pro *eterna quiete* anime dicti domini nostri ipſis uelimus inuiolabilem obſeruare. Datum *Rinmaswale* (1) ·V· feria post dominicam qua cantatur *Reminiſcere* anno Domini M° CC° L° quinto. "

* * *

Appendet ex vitta pergam. pars Sigilli cerae albae impreſſi, Eques cum Leone, tribus locis; deſunt literae, ſed Contraſigill. Scutum Holland. .... ENTIVS DE HOLLAN ....

(1) i. e. *Reimerswale.*

N. CCXXXIII.

A. 1257. d. 22. Nov. GVIDO Comes Flandriae, et IOHANNES de Dampetra, fratres, nec non IOHANNES de Aveſnis, et BALDVINVS, fratres, ex duobus toris MARGARETAE Flandriae procreati, rata habent arbitria Regis Franciae LVDOVICI, et ODONIS, ſedis Apoſt. Legati a. 1246. et a. 1256. inita ſuper diviſione hereditatis MARGARETAE Comitiſſae Flandriae, diviſae inter filios ex duplici matrimonio genitos.

A. 1257. d. 22. Novembr.

Ad Excurs. VII. p. 312, 324. ſq. et Cod. Dipl. p. 676.

(Ex *Hasnoniensi Cartulario* Dominorum de Avesnis apud MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1092 - 1104. et hinc apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 321 - 326. (1))

NOS GVIDO *Comes Flandriae*, et IOHANNES *Dominus Dom*nae-

(1) Insignem hanc Chartam, quae integra legi potest apud MARTENE et MIERIS, utpote quae omnes *Flandrorum* Comitum poſſeſſiones, cum *Zeelandi-*

nae-petrae, fratres, milites, filii illustris Dominae MARGA- A. 1257. d. 22. Nov.
REIAE *Flandriae* et *Haynoniae Comitissae*, notum fieri cupimus universis, tam praesentibus, quam futuris, quod nos in praesentia Illustrissimi Domini LODOVICI Dei gratia *Francorum Regis*, praelatorumque plurium, ac baronum et multorum aliorum, fide interposita, et corporali praestito sacramento, publice et solemniter iuravimus, quod nos dictum Domini Regis praedicti, ac venerabilis patris Domini ODONIS Dei gratia *Episcopi Tusculani*, tunc Apostolicae sedis legati, quod inferius est insertum, tenebimus et servabimus inviolabiliter in futurum. ——— ——— [Vid. supra p. 498 - 504.]

Cum autem postmodum, defuncto GVILLELMO fratre nostro *Comite Flandriae* supradicto, et illustrissimo Domino LVDOVICO *Francorum Rege* praefato extante in partibus transmarinis, inter dictos fratres nostros IOHANNEM et BALDVINVM, et suos ex parte una, et dictam dominam matrem nostram, et nos ac nostros ex altera, gravis esset iterum orta dissensio; tandem mediantibus bonis viris salubri ducti consilio, in dictum Dominum *Francorum Regem* dicti fratres nostri IOHANNES et BALDVINVS, pro se et suis successoribus, et dicta

dicas, tum *Flandricas*, atque *Hannonienses* etc. recenset, ratione *Zeelandiae* ex parte iam dedi M. Iul. a. 1246. p. 498. sqq. Profluxit autem ea sponte ex altero Regis Franciae arbitrio facto *Peronae* M. Sept. a. 1256. ex quo Rex Flandriae Dominia, in quibus *Zeelandica*, ut supra p. 503., diserte vocantur, inter MAR-

A. 1257. d 12. Nov. dicta Domina Comitissa mater nostra pro se et pro nobis, ac nostris heredibus, compromiserunt de alto et de basso.

Le dis à Pierone.

Qui Dominus *Rex* apud *Peronam*, anno Domini MCCLVI. mense Septembri, dicta Domina matre nostra pro se et pro nobis ex parte una, et dictis fratribus nostris IOHANNE et BALDVINO ex altera, coram ipso praesentibus, dictum suum protulit, ac solemniter publicavit, et in ipso dicto suo expressit, quod ipsi fratres nostri praedicti dictum et ordinationem ab ipso Domino Rege et venerabili Domino ODONE *Tusculano Episcopo*, tunc in partibus *Franciae* fungente legationis officio, factam inter ipsos IOHANNEM et BALDVINUM *de Avesnis* ex una parte, et GVIELELMVM *de Domna-petra* defunctum, et nos GVIDONEM et IOHANNEM fratres ex altera, ipsi IOHANNES et BALDVINVS *de Avesnis* perpetuo tenerent et firmiter observarent —— ——

Et ego GVIDO *Comes Flandriae* praedictus pro me et meis successoribus omnes abiudicationes et adiudicationes, seu omnia iudi-

GARETAE liberos controversa GVIDONI, *Hannoniam* vero IOANNI *de Avesnis* attribuit, manente GVIDONE possessore ac Domino terrarum Zeelandicarum. De *Zeelandicis* hisce *terris*, orta nova inter MARGARETAM, et WILHELMVM Comitem ac Regem, deinde mortuo Rege inter eamdem, et FLORENTIVM Tutorem, controversia, tandem hoc mense Sept. a. 1256. arbitro Rege Franciae, composita est; quo faciunt omnes Chartae Literaeque supra die 13. Oct. a. 1256. sqq. confectae. Agnovit FLORENTIVS Tu-

iudicia, ſi qua facta ſunt, aut dicuntur fuiſſe facta, in curia Domini *Regis Alamanniae*; vel electi *Leodienſis*, ſive alibi contra dictam dominam matrem meam, aut dictum IOHANNEM *de Avesnis* fratrem meum et eius ſucceſſores, aut quae poſſent in eorum detrimentum vergere ſeu gravamen, facientia ſcilicet mentionem de *Comitatu Haynoniae*, ſive de marchionatu, aut homagio *Namurcenſi*, ſive de terris, feodis, homagiis, aut aliis ſupradictis, vel aliquo eorum quae ſupra declaravimus eſſe de pertinentiis *Haynoniae*, et ad fratrem noſtrum Dominum IOHANNEM *de Avesnis* et eius ſucceſſores *Comites Haynoniae* pertinere, et omnia homagia, ſi qua dictis Dominis feciſſem de praedictis vel aliquo praedictorum; et omnes litteras, ſive cartas, aut inſtrumenta, ſi qua eſſent ſuper dictis iudiciis vel abiudicationibus et adiudicationibus, aut homagiis confecta, ſeu de ipſis facientia mentionem a Domino *Papa* vel eius legatis aut delegatis ſeu ſubdelegatis, vel *Rege Alamanniae*, ſeu electo *Leodienſi*, aut alio quocumque data vel danda, impetrata vel impetranda ex tunc reddo, irrito, caſſo, renuntio penitus, et

A. 1257. d.22.Nov.

Tutor ius Flandricum, manſitque MARGARETA cum filiis ſuis *Directa Zeelandiae Domina*, facto pro ea Homagio. Quibus peractis componuntur nunc etiam Controverſiae inter Margaretae liberos e duobus matrimoniis genitos, ex qua Conventio ALEIDIS *Hollandica*, uxor IOANNIS *de Avesnis*, ratione mariti ſui, hereditariam ſuam portionem adepta eſt *Comitatum Hannoniae*; *Zeelandiae* vero Dominium directum Flandris ceſſit. Cf. ſupra p. 717. Vnde multa intelliguntur, denſis tenebris hactenus obvoluta.

A. 1257. d. 22. Nov. et annullo, renuntio pro me, heredibus et successoribus meis omnibus singulis sententiis, privilegiis, et aliis litteris apostolicis, regalibus et imperialibus, et aliis litteris et privilegiis quibuscumque super praemissis, et eorum quolibet promulgatis, impetratis, obtentis, et quae possent in posterum impetrari, et modo quolibet obtineri contra praedicta vel aliquod praedictorum. ——— ——— ———

In praemissorum autem omnium et singulorum testimonium et munimen perpetuum nos GVIDO *Comes Flandriae* et IOHANNES Dominus *Dammae-petrae* fratres milites supradicti praesentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

Datum anno Domini MCCLVII. mense Novembri in die beatae Ceciliae.

N. CCXXXIV.

A. 1257. d. 24. Dec. FLORENTIVS Tutor Hollandiae largitur Coenobio *Ierusalem* prope *Bieselinge* in *Zuidbevelandia* octo Decimarum mensuras.

A. 1257. d. 24. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 313. (*c*), 327.

(Ex Originali in Monasterio S. Victoris Antverpiae.)

Nos FLORENTIVS *Tutor Hollandie* · notum Facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod nos considerata necessitate sanctimonialium in *Biselinge* · quarum conuentus *Iherusalem*

lem nuncupatur · eisdem octo mensuras decimarum que wlgari ydiomate *gemeten* · dicuntur in terra nostra de *Vrolant* * diuine karitatis intuitu liberaliter ac integraliter duximus assignandum · eisdem prouentibus a nobis et nostris Heredibus in perpetuum pretaxato conuentui duraturis · presentium testimonio litterarum · A. 1257. d. 24. Dec. * In dorso *Vronlant*.

Datum apud *Middelburg* · in vigilia Natiuitatis dominice · anno domini M°· CC°· L°· septimo.

* * *

Appendet maior Sigilli pars ex cera alba, repraesentans *Equitem* gladium sinistra tenentem, cum Scuto triquetro Hollandiae, tribus in locis, his literis superstitibus:

S'. FL · · · · · · · · LVS:S i. e. *illustris*.

In Contrasigillo Scutum Hollandiae, his literis:

✠ FLORENTIVS DE HOLLANDIA.

N. CCXXXV.

MARIA quondam *Imperatrix*, deinde vidua WILHELMI I. Comitis Hollandiae, tradit omne ius ac dominium in Comitatu *Boloniae*, fratrueli suo HENRICO, Duci Brabantiae. A. 1258. d. 14. Febr. f. 1259.

A. 1258. d. 14. Febr. f. 1259.

Ad Excurs. XI: p. 495. et Cod. Diplom. a. 1260. d. 12. Oct.

(BVTKENS *Troph. de Brab.* Preuv. L. IV. p. 75.)

MARIA Dei gratia quondam *Imperatrix* Romanorum Vniuersis praesentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Vniuersitatem vestram scire volumus, quod nos *Illustri*

A. 1258. d. 14. Febr. f. 1259. *Principi Karissimo fratrueli nostro* HENRICO *Duci Lotharingiae* et *Brabantiae* quidquid iuris habebamus vel habere poteramus in *Comitatu* et *terra Boloniae* cum omnibus pertinentijs suis, per successionem haereditariam ex morte Dominae MATHILDIS olim *Comitissae* dicti loci, filiae materterae nostrae, libere et absolute contulimus, nihil iuris nobis in ijsdem bonis reseruando, vel in posterum reclamando. Promittimus insuper, quod ad curias et dominos de quibus dicta bona descendere dignoscuntur, quociens a praefato Domino Duce fuerimus requisitae, instabimus, laborabimus et intendemus bona fide sicut pro nobismet ipsis, quod praelibatus Dominus Dux in hac parte ius suum plenarie assequatur et praedicta bona totaliter possideat, tamquam haereditatem suam pacifice et quiete. In cuius collationis et promissionis testimonium et firmitudinem sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum, adhibitis his testibus:

Arnoldo Domino de Wesemale.

Domino Gerardo de Marbais.

Domino Roberto de Hoesden.

Domino Henrico de Hautem.

Domino Henrico et Domino Ioanne de Filfordia et alijs.

Datum et actum apud *Attrebatum* Mense Februario feria quinta post octauas Purificationis B. Virginis anno Domini MCC. LVIII.

N. CCXXXVI.

N. CCXXXVI.

GODEFRIDVS Dom. de Cruiningen in Zeelandia Homagium facit HENRICO Duci Brabantiae, oblato illi quodam Feudo. A. 1258. d. 4. Apr.

A. 1258. d. 4. Apr.

Ad Cod. Diplom. p. 733. (2).

(BVTKENS *Troph. de Brab. Preuv.* L. IV. p. 97.)

GODEFRIDVS *Dominus de Cruningen* per suas litteras *Datas Middelbourgi* feria quinta post octauas Paschae anno Domini MCCLVIII. declarat, se fecisse Homagium HENRICO *Duci Lotharingiae*, qui ei in recompensationem dedit ducentas libras veterum alborum, pro quibus ipse Duci assignauit de Allodio suo *de Wissendunch* bona valentia annuatim Viginti libras eiusdem monetae, quae bona ipse et sui haeredes a *Duce* in feodum tenere debent.

N. CCXXXVII.

RICHARDVS Rex Germaniae promittit, se irritam declaraturum sententiam a Rege WILHELMO Francofurti contra MARGARETAM Com. Flandr. de *Feudis Imperii* latam. A. 1258. d. 20. Apr.

A. 1258. d. 20. Apr.

Ad Excurs. VII. p. 223, 324.

(OLIV. VRED. *Geneal. C. Flandr.* Probb. P. I. p. 96. ex Archiv. Flandr.)

RICHARDVS, Dei gratia, *Romanorum Rex*, semper Augustus. Vniversis Christi et Imperii Rom. fidelibus, praesen-

A. 1258. d. 20. Apr. tes literas inſpecturis, ſalutem et omne bonum. Ad univerſitatis veſtrae notitiam volumus pertinere, tenore praeſentium ſimpliciter et publice proteſtantes, quod nos illuſtri Dominae, MARGARETAE, *Flandriae* et *Hannoniae Comitisſae*, dilectae conſanguineae noſtrae, promittimus bona fide ſententiam abiudicationis et privationis *Principatus* et *feodorum* (1) ipſius, quae *ab Imperio* tenuit, apud *Franckenfurde* in ſolemni curia a clarae memoriae WILHELMO *Rom. Rege*, praedecesſore noſtro, prolatam in irritum revocare *etc.*

Datum *Aquis* xx. die Aprilis, Indict. I. anno Domini M. CC. LVIII. Regni vero noſtro anno I.

(1) *Feodorum*] Quaenam illa fuerint, ex antecedentibus ſatis notum. Vid. p. 624. ſqq.

N. CCXXXVIII.

A. 1258. d. 30. Apr. GERVLPHVS et HENRICVS de Cats, Milites, HENRICO Duci Brabantiae, quem ALEYDIS Tutrix Hollandiae ad gubernandam Hollandiam et Zeelandiam ſibi adiunxerat, tamquam eius Conſiliarii iusiurandum fidelitatis praeſtant.

A. 1258. d. 30. Apr.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(BUTKENS *Troph. de Brab. Preuv.* L. IV. p. 97. VAN LEEUWEN *Batav. Illuſtr.* p. 898.)

Vniuerſis praeſentes litteras inſpecturis GEROLPHVS et HENRICVS *milites de Kats* ſalutem et omne bonum. Noueritis

ritis quod nos karisſimo Domino nostro HENRICO *Duci Lotharingiae* et *Brabantiae*, quem Domina ALEYDIS relicta Domini IOANNIS *de Auesnis* conſanguinea (1) nostra *ſecum elegit* (2) ad gubernandam *terram Hollandiae* et *Zeelandiae*; prout in litteris ſuper hoc confectis plenius continetur, praeſtito iuramento bona fide promiſimus, quod eidem Domino nostro *Duci* in negotio dictae *gubernationis* conſilio, auxilio et fauore, fideliter aſſiſtemus, quousque filius* Domini WILLELMI *olim Regis Romanorum* bonae memoriae perueniet ad aetatem. In cuius rei etc.

A. 1258. d. 30. Apr.

* Florentius V.

Datum in *Duuelandia* anno Domini MCC. LVIII. die Martis ante Aſcenſionem Domini.

(1) *Conſanguinea*] Vnde haec ſanguinis cognatio, alibi indicabo.

(2) *Elegit*] Obſervent hinc Nostrates, quantopere aberrent ii, qui per haec et anteriora etiam tempora tam magnifice ſentiant de poteſtate *Ordinum* vel *Nobilium* in ordinanda Comitum Hollandiae *Tutela*. Longe enim aliter hic obtinet. *Aleidis* vidua *Ioannis* Avesnii, qui obiit a. 1258. d. 26. Mart. tamquam proxima ex familia heres, fit legitima *Tutrix Hollandiae* et *Zeelandiae*. Illa *ad hanc gubernandam Terram ſecum eligit* HENRICVM Ducem Brabantiae. Huic vero GERVLPHVS et HENRICVS *de Cats* tamquam Aleidis Conſiliarii promittunt conſilium, auxiliumque, donec FLORENTIVS V. pervenerit ad legitimam aetatem. Hoc argumentum est huius Diplomatis. Forte etiam hinc ratio latet *Feudi* et *Homagii*, quod ſupra p. 731. *Dominus de Cruningen*, Nobilis Zeelandus, HENRICO Duci Brabantiae praeſtitit.

 N. CCXXXIX.

N. CCXXXIX.

A. 1258. d. 11. Iul. ALEIDIS Tutrix Holl. et Zeel. concedit Monialibus in *Bieselinge* decimam ipsis a Dom. WVLFARDO datam.

A. 1258. d. 11. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali in Monasterio S. Victoris Antverpiae.)

Nos ALEIDIS domina *de Hayn̄ Tutrix Holl̄* et *Zeland̄* notum facimus vniuersis quod nos diuine remunerationis intuitu concessimus Sanctimonialibus in *Beselinge* ius decime quod de iure debent habere in decima quam dominus WLFARDVS eis conscripserat prout in littera dicti WOLFARDI super hoc confecta plenius continetur· In cuius rei testimonium presenti littere Sigillum nostrum fecimus appendi

Datum apud *Handinge* anno domini M° · CC° · LVIII. fer. quinta post Octav. Petri et Pauli Apostolorum.

* * *

Appendet Sigillum mutilum, *mulier* equo insidens cum auicula, his literis:

✠ S . . . . NDIЄ.

Contrasigillum arma gentilic. siue Scutum Holland.

✠ CL · VIS SIGILLI.

(1) *Wolfardi*] Non alius hic *Wulfardus* intelligi videtur quam Dominus *de Maalstede*, cuius Chartam supra dedi p. 531. quippe qui 15. mensuras *decimarum* a. 1248. huic Conventui dederat. Cf. p. 728. d. 24. Dec.

N. CCXL.

N. CCXL.

SYMON *de Subburgh* resignat Abbati de Middelburg *omne Feodum*, coram ALEYDE Tutrice Holl. et Zeeland., multisque Zeelandiae Nobilibus, *effestucatione* sollemni. A. 1258. d. 10. Dec. N. I.

A. 1258. [d. 10.] Decembr.

Ad Excurs. VII. p. 329. et Cod. Dipl. p. 607.

(Ex antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. XVI. vº. et fol. XVI jº. in Archivis Camer. Ration. Zeel. Loculo 116. 117.)

Ego SYMON *de Subburgh* Miles recognosco et fateor sub presentium testimonio literarum, quod excepta Decima mea resignaui in manus Abbatis *de Middelburch* omne *Feodum* quod tenebam ab eo videlicet *tres euectiones curruum* annuatim quae vulgariter appellantur *Waghenloep*, Et *equum* vel equam quem vel quam habuj et posſedi nomine *feodj* quolibet anno ad excolendum agros meos tempore veris, quibus scilicet euectionibus et equo vel equae renunciauj coram *Domina et Tutrice terrae* ALEYDE scilicet *de Auennis:* et coram Domino NICHOLAO *de Bersalia* et *confeodalibus* meis Domino BALDVINO *de Briggedamme.* PAVLO et PAVLO *de Briggedamme*, PETRO et BALDVINO fratribus *de Subburgh.* EGIDIO *de Coudekerke.* EGIDIO *de Arnemuden* et pluribus alijs. *effestucando* et *guerpiendo* quidquid iuris habuj vel habere videbar in illis, confessus publice satisfactum fuisse mihi per omnia de premissis, Promisi

A. 1258. d. 10. Dec. N. I. misi etiam et teneor NICHOLAVM filium meum inducere et adducere ad resignationem eiusmodi faciendam. Obligans me prestito iuramento. Nec me nec meos succesfores in posterum premisfa debere repetere, nec Abbatj nec suis inferre molestiam vel grauamen in perpetuum super illis, jn cuius rei Testimonium et robur perpetuae firmitatis presens scriptum sigilli mej et sigillorum quj interfuerunt conuentioni. Insuper Decani et Gardianj feci et consensj munimine roborarj.

Actum in *Middelburg* et datum anno Domini M. CC. quinquagesimo Oct. mense Decembrj.

N. CCXLI.

A. 1258. d. 10. Dec. N. II. ALEIDIS Tutrix Hollandiae et Zeelandiae confirmat antecedentem SYMONIS de Subburg resignationem Feudi.

A. 1258. d. 10. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Medlob. fol. XVI. vs. in Archivis Camer. Rat. Zeeland. Loculo 116-117.)

AL. quondam uxor Domini IO. *de Auennis* bonae memoriae, *Tutrix Hollandiae* et *Zelandie*, vniuersis presentia visuris salutem. Nouerint vniuersj quod constitutis in nostra presentia *Abbate de Middelburg* et Domino SY. milite *de Subburg*, dictus Miles recognouit coram nobis et coram hominibus eccle-

sie

ſie *de Middelburg* et nostris, ſibi ſatisfactum fuisſe de tribus euectionibus curruum colligentium mesſes *in Subburg*, quas tenuit ab Abbate *de Middelburg* in feodum, et clamauit eas liberas et quitas a ſe et omnibus ſuis heredibus in perpetuum obligans ſe ipſum et ſuos heredes de illis *ſecundum legem et choram patrie* plenam warandiam preſtaturos. Inſuper vſum *equi vnius* quem habuit annuatim ab Abbate ad arandum in Vere iure feodali, reſignauit in manus Abbatis cum predictis euectionibus *curruum*, quas vulgariter appellamus *Wagenloep* coram nobis ſe et ſuos dictum equum neque euectiones vnquam de cetero debere repetere proteſtando. A. 1258. d. 10.Dec. N. 11.

Testes qui interfuerunt ſunt hij.

Dominus Nicholaus de Berſalia Miles.

Balduinus de Briggedamme.

Paulus et Paulus de Brigdamme.

Petrus et Balduinus, fratres de Subburg.

Egidius de Koudekerke, et

Egidius de Arnemude, et plures alii.

Acta ſunt hec anno Domini M°. CC°. LVIII°. IIIJ°. Idus Decembris.

N. CCXLII.

A. 125$\frac{8}{9}$. d. 20. Ian. **ALEIDIS** Tutrix Hollandiae et Zeelandiae concedit fratribus Ordinis Teuton. Traiect. quodam in casu immunitatem Teloneorum.

A. 125$\frac{8}{9}$. d. 20. Ian.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(In Archivis Domus Teutonic. Ordin. Traiect. Locul. VII. no. 3. in Exemplari apographo, collat. cum Origin.)

Vniversis presentem litteram inspecturis ALEYDIS uxor quondam Domini IOHANNIS de Avesnis *Hollandie* et *Zelandie tutrix* salutem et omne bonum cum Dominus FLORENTIVS bone memorie Karissimus frater noster concesserit divine remunerationis jntuitu Commendatori et fratribus domus teuthonice *in Traiecto* quod omnia bona que in expen[ian]sis aut in edificiis propriis convertere volunt ante *omnia thelonia Comitatus Hollandie* libere et sine aliqua exactione thelonei deducere possunt Nos dictam concessionem suam prouide factam volentes habere gratam et ratam predictos fratres demittentes liberos cum omnibus bonis eorum que in expensis aut edificiis propriis conuertere uolunt quociens ante dicta Thelonia eos contigerit pertransire presentium testimonio litterarum.

Datum apud *Ath* anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo (1) jn die Fabiani et Sebastiani martyrum.

(1) *Octavo*] Obiit demum *Florentius* d. 26. Mart. a. 1258. adeoque ex stilo Francico hic *Aleidis* computat.

N. CCXLIII.

ALEIDIS Tutrix Hollandiae confirmat Abbatiae *Rijnsburgensi* quaedam bona a Comitissa PETRONILLA sibi data aliaque; nec non bonorum concambium seu permutationem cum THEODERICO Domino de Teilinge initam. A. 125⁸⁄₉. d. 22. Febr.

A. 125⁸⁄₉. d. 22. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 329. et Cod. Dipl. p. 478, 561.

(Ex Archiv. Abbatiae de Rijnsburg.)

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis · ALEYDIS *de Hanonia Tutrix Hollandie* Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum · Quum humana fragilitas labilis est et prona in detrimentum rerumque turbe non sufficit, expedit ea que a modernis pie gesta cognoscuntur et prouide scripti testimonio perhennari · Nouerint igitur tam presentes quam posterj quod cum Abbatissa et Conuentus Ecclesie beate marie virginis *in Rinsburg* quedam bona videlicet terras quasdam in Parrochia *de Nortghe* infra *Sitwende* iacentes circiter .IX³ · *lant* · et ibidem quasdam terras que dicuntur *Werft* a felicis recordationis olim *Hollandie comitissa* nomine PETRONILLA in Elemosinam cum omni iure dictam Comitissam contingente Ecclesie collatas memorate. Item quasdam terras *Vronegers* nuncupatas inter villas *de Nortge* et *Vorhoute* iacentes nec non et terras quondam fratrum OVGERJ et ARNOLDJ dicti

* i.e. 9½.

A. 1258. d. 22. Febr. cti *Geir* conuerforum in *Rinsburg* in *Hamellis* feu villis *de lisfe* et *de ylodorp* iacentes. Infuper et terras quondam *lisekine* fitas partem in *lisfe* partem in *Hiltfebroic* tamquam fuum allodium pacifice posfedisfent et quiete / Demum in hoc vtilitatj monafterij confilio penfata discretorum Abbatisfa et Conuentus antedicti iam dictorum bonorum feu terrarum prefcriptarum cum THEODERICO milite domino *de Teylinge* pro *Decimis* quibuscumque tam maioribus quam minutis tam in *humido* quam in *ficco* in parrochiis *de kercwerue* et *de Rinsburg* fitas quas idem *miles* a nobis tenebat in *feodo* commutationem facere decerneret / per manum nostram predicta bona feu terras de confenfu nostro et uoluntate · TH · militj memorato tradentes / que bona ac terras fepedictus miles loco Decimarum predictarum quas a nobis prius tenebat de manu nostra recepit in feodum nobis debitum preftans *homagium* de eisdem · excepto *veno* in palude que dicitur *Hiltfebroich* iacente a nemore de *Hillinghem* usque *Mere* fe extendente ac vndecim virgas in latitudine continente / quem Abbatisfa et conuentus dictj monafterij prenotatj ufui proprio referuarunt / dicto vero . TH · milite decimas fupradictas nobis refignante nos easdem pia confideratione ac eterne falutis obtentu cum omni iure et dominio quod nobis vel nepotj nostro FLORENTIO aut nostris fuccesforibus competere posfet in eisdem / Ecclefie fancte Marie in *Rinsburg* ad opus et fuftentationem Abbatisfe et Conuentus Ecclefie prenotate libere

re

re contulimus et absolute / ita quidem quod Abbatissa et Conuentus sepedicti / Decimis prescriptis cum iure *patronatus* Ecclesie *de Kerckwerue* quod eidem militj competijt in eadem dictus vero · TH · miles bonis seu terris prescriptis sibi pro dictis Decimis sic traditis ac commutatis perpetuo Gaudebunt pleno iure. A. 1258. d. 22. Febr.

Interfuerunt huic facto ·

Illustris domina · E · * Romanorum Regina quondam ·

M · * Comitissa Hollandie ·

R · * Domicella Hollandie ·

Virj Nobiles dominus Henricus de Vorne

dominus Willelmus de bredcrode

dominus Symon de Harlem

dominus Iohannes persin

dominus Hugo de Nortghe ·

* Elisabeth.
* Machtildis.
* Richardis.

In cuius rej testimonium et euidentiam facti pleniorem perpetueque robur firmitatis · Sigillo nostro et TH · Nobilis virj domini *de Teylinge* et aliorum prescriptorum Sigillis presentem paginam duximus roborandam.

Datum anno domini M° CC° LVIIJ°. In Cathedra beatj Petrj (1) ·

(1) Insignis haec Charta hactenus quod sciam nondum edita lucem accipit ex altera illa a. 1199. p. 227. in qua itidem mentio donatricis *Petronillae* Comitissae Holl., quae Abbatiam Rijnsburgensem fundavit dotavitque, p. 162. Memorantur hic etiam *novem praedia et dimidium in Nortgo*, ut supra p. 227.

A. 125⅖. d 17. Mart. Reliqua vero bona orta esse suspicor ex alia *Petronillae* Charta. Quod autem huic Chartae alia etiam sigilla appensa fuisse, ex literarum argumento conficias; hoc falsum esse, Diplomatis conspectus docet; sed habetur de eodem Argumento alia Charta, d. 17. Mart. h. a. data, quae, iisdem fere verbis concepta, proxime sequitur, cui dicta Sigilla adsunt.

* * *

Appendet, ex cera alba, Sigillum ALEIDIS, neque alia appenderunt unquam. Mulier, equo insidens, avem manu tenens, his litt.
· · · ALЄIDIS: SORORIS: WILL · · · · OMIT · · · · DIЄ.
Contrasigillum, *Leo* in scuto, his littt.
CLAVIS SIGILLI. Cf. p. 745.

N. CCXLIV.

A. 125⅖. d. 17. Mart. Testimonium ALEIDIS Tutricis Hollandiae et Zeelandiae de eadem re, cum appensione sigillorum ELISABETHAE Reginae, MACHTILDIS Comitissae viduae, et nonnullorum Nobilium Hollandiae.

A. 125⅖. d. 17. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali apud heredes V. D. ALKEMADII.)

In nomine sancte et jndiuidue trinitatis ALEYDIS quondam vxor Domini IOHANNIS *de auennis Tutrix Hollandie* et *Zelandie* Vniuersis Christi fidelibus presentes Litteras jnspecturis jn perpetuum· Quum humana fragilitas labilis est et prona jn detrimentum rerumque turbe non sufficit expedit ea que a modernis pie gesta cognoscuntur et prouide scripti testimonio perhen-

hennarj ·. Nouerint igitur tam presentes quam posteri · quod cum Abbatissa et Conuentus Ecclesie Beate Marie virginis jn *Rinsborch* · quedam bona · videlicet terras quasdam jn parrochia de *Northge* jnfra *Zidewende* jacentes circiter · *IX s*. *Lant* . et* jbidem quasdam terras que dicuntur *werft* · a felicis recordationis olim *hollandie Comitissa* nomine PETRONILLA jn elemosinam cum omni jure dictam Comitissam contingente Ecclesie Collatas memorate · Item quasdam terras *vroneghers* nuncupatas jnter villas de *Nortghe* et *vorhoute* jacentes · necnon et terras quondam fratrum · OVTGHERJ et ARNOLDI dicti *ghier* · conuersorum jn *Rinsburg* · in *hamellis* seu villis *de lisse* · et de *vlodorp* jacentes. jnsuper et terras quondam . *Lisekine* . sitas partim jn *Lisse* · partim in *Hildsebroec* tamquam suum allodium pacifice possedissent · et quiete · demum jn hoc vtilitate monasterij prescriptj consilio pensata · discretorum · Abbatissa et Conuentus antedictj · · jam dictorum bonorum seu terrarum prescriptarum cum THEODERICO milite domino *de Teylinge* pro decimis quibuscumque tam maioribus quam minutis · tam jn humido quam jn sicco jn parrochijs *de Kercwerue* et *de Rinsborch* sitas · quas jdem Miles a nobis tenebat in feodo commutationem facere decreuerunt · per manum nostram predicta bona seu terras de consensu nostro et voluntate · TH · militj memorato tradentes · que bona ac terras sepedictus miles loco decimarum predictarum quas a nobis prius tenebat de manu nostra recepit jn feo-

A. 125$\frac{4}{5}$. d. 17. Mart.

* i. e. 9$\frac{1}{2}$.

A. 125¾. d. 17. Mart. feodum nobis debitum preſtans homagium de eisdem · Excepto veno jn palude que dicitur *Hildsbroec* jacente · a nemore *de Hillinghem* vsque *mere* ſe extendente · ac vndecim virgas jn latitudine continente · quem abbatisſa et conuentus monaſterij prenotatj vſui proprio reſeruarunt . dicto uero · TH· milite decimas ſupradictas nobis reſignante · nos easdem pia conſideratione ac eterne ſalutis obtentu · cum omnj jure et dominio que nobis vel nepotj nostro FLORENTIO · aut nostris ſuccesſoribus conpetere posſet in eisdem · eccleſie ſancte Marie jn *Rinsburg* ad opus et ſuſtentationem abbatisſe et conuentus Eccleſie prenotate libere contulimus et abſolute · Ita quidem quod abbatisſa et conuentus ſepedicti decimis preſcriptis cum jure patronatus eccleſie *de Kerewerue* quod eidem militi conpetijt in eadem · dictus vero TH. miles bonis ſeu terris preſcriptis ſibi pro dictis decimis ſic traditis ac commutatis · perpetuo gaudebunt pleno iure ·

Interſuerunt huic facto et commutationj jlluſtres domine ·

E · quondam Romanorum Regina ·

M · Comitisſa holl̄ mater nostra .

R · domicella holl̄ · necnon nobiles virj ·

H · dominus de vorne ·


Simon de harlem .

W · dominus de Brederode ·

Dominus Iohannes perſin .

Et

TAB XIV.



Et Hugo de Nortghe milites· A. 125⅞. d. 17. Mart.

Quorum sigilla presentibus sunt appensa.

In cuius etiam rei testimonium et euidentiam facti pleniorem perpetueque robur firmitatis · sigillo · TH · domini *de Teylinge* appenso · presentem paginam duximus confirmandam · ac sigilli nostrj munimine consignandam ·

Datum anno Dominj · Millesimo ducentesimo · Quinquagesimo octauo · In die Beate gertrudis apud *Rinsborch* ·

* * *

Appendent 5. Sigilla rotunda, egregie conservata; quae TABVL. XIV. aeri impressa dedi.

1. ALEIDIS, Comitissa, equo phalerato insidens, manu sinistra *avem* tenens cum loris, hac inscript.

✠ S' ALEIDIS: SORORIS: WILL'I: COMITIS: HOLLANDIE·

Contrasigillum Scutum triquetrum, in quo *Leo*, cum hac epigr.

✠ CLAVIS SIGILLI.

2. ELISABETHA, WILHELMI Regis Germ. coniux, throno regali sedens, cum hac epigr. nonnihil mutila.

· · · · . . . ZABET · DEI · GRACIA · · · · · ·

· · · · · · · A · SEMPER . AVGVSTA · (1)

Sine Contrasigillo.

3. MACH-

(1) Vir D. IO. MICH. HEINECCIVS, qui in Comment. *de veteribus Germanorum Sigillis*, omnia *Imperatricum* et *Reginarum* Sigilla sagaciter investigavit, unum tantummodo *Reginae* Germaniae Sigillum se invenisse testatur, Rescil. MARIAE, Ottonis IV. coniugis, de qua dicam ad a. 1260. d. 12. Oct. Nonnulla aliarum *Augustarum* invenit exhibuitque Vir Cl. IO. HEVMANNVS *de Re Diplom. Imperatricum Augg.* Norinb. a. 1749. 4°. Verum neque hi Viri Docti, neque post hos alii, quod sciam, hoc Sigillum ELISABETHAE WILHELMI II. Regis Germaniae coniugis noverunt. Audiamus Vir. Rever. BESSEL. *Chronic. Gottwicens.* Prodr. L. II. p. 407. „*Sigillum* MA„RIAE IMPERATRICIS, coniugis „Ottonianae Tab. VIII. num. VI. re- prae-

A. 125$\frac{1}{8}$. d. 17. Mart.

3. MACHTILDIS, in equo phalerato cum ave in finistra, cum hac epigr.

SIGILLV̄ · MACHTIL · S COMI · ISSE HOLLANDIE

In aversa parte Scutum Hollandiae cum *Leone*, hac epigr.

✠ SECRETVM · M · COMITISSE *sic* OLLANDIE.

4. RICHARDIS erecta statura; ad sinistram habet *Leonem*, ad dextram *aquilam*, cum hac epigr. in Sigillo oblongo:

✠ S'. RIChARDIS · DOMICELLE · DE · hOLLANDIA.

Sine Contrasigillo.

5. THEODERICVS DE TEILINGE; rotundo Sigillo. Miles equo phalerato insidens cum scuto triquetro, in quo *Leo* cum lambello, cuiusmodi etiam in pectore et dorso equi, cum hac epigr.

✠ S': ThEODERICI: DE: TEyLinGE: MILITIS: (2).

„ praesentat HEINECCIVS; exhibe„ tur in eodem *Imperatrix* cum habi„ tu Regio, in capite coronam aper„ tam, quam circulus superius ambit, „ dextra lilium, sinistra pomum, cru„ ce destitutum gestans, manu pectori „ admota; sedenti in throno Regio sol „ pariter et luna, uti modo in Sigillis „ Ottonianis vidimus, ad utrumque „ capitis latus adiecta sunt: inscriptio „ autem est: MARIA DEI GRA„ CIA ROMANOR. IMPERA„ TRIX SEMP. AVGVSTA. „ Sigillum istud eo singulariore nota „ dignum est, quod nullum hactenus, „ quantum nobis constat, speciale *Im„ peratricis* cuiusdam Sigillum compa„ ruerit ". Haud male igitur de Germanis meriturum me spero, si hic inter reliqua exhibeam Sigillum *Elisabethae* Brunsvicensis, WILHELMI Regis Germ. uxoris.

(2) Eadem Sigilla eodem numero appendent Chartae WILHELMI *de Steenhuisen*, datae d. 24 Febr. a. 125$\frac{1}{2}$. quam ex Archivis Rijnsburg., quo et haec Charta spectat, descripsi, satis accurate iam editam ab MIERIS *Charterb* D. I bl 327. quapropter hanc repetere fine caussa haud oportunum duxi. Alia res est in hac Charta, quae tantum Belgice et satis vitiose, ibid. p. 328. exstat. Male etiam illic nota Chronica ponitur *Dies S. Matthiae*, quae nota est Chartae *Wilhelmi de Steenhuisen*.

N. CCXLV.

N. CCXLV.

MARIA quondam *Imperatrix*, deinde *vidua* WILHELMI I. Comitis Hollandiae, condit Tabulas ultimae voluntatis, easque confirmat. A. 1259. d. 18. Mart.

A. 1259. d. 18. Mart. (vel a. 1260. d. 9. Mart.)

Ad Cod. Dipl. a. 1260. *d.* 12. *Oct.*

(BUTKENS *Troph. de Brab.* Preuv. L. IV. p. 76.)

Vniuerſis praeſentes litteras viſuris, MARIA *quondam Romanorum Imperatrix* (1), ſalutem in Domino. Vniuerſitati veſtrae ſignificamus, quod nos feria tertia ante *Laetare Ieruſalem*, compos mentis noſtrae et plena ſenſu, ſic de conſilio bonorum virorum, videlicet ——

Datum anno Domini MCC. LIX. feria III. ante *Laetare Ieruſalem*.

(1) *Imperatrix*] Eodem titulo occurrit *Maria* in Charta, ibid. a. 1231. Preuv. L. IV. p. 72. OTTO Comes Gelr. Henrico Duci Loth. avo ſuo omne ius reddit in Comitatu *de Roda* — teſtes interfuere *Dominus Henricus de Lovanio*, MARIA *Imperatrix* — *Actum Lovanii* a. Dom. MCCXXXI.

N. CCXLVI.

A. 125⅞. d. 27. Mart. MARIA quondam *Imperatrix*, deinde *vidua* WILHELMI I. Comitis Hollandiae, dat fratrueli suo HENRICO Duci Brab. literas assertorias ad Regem Franciae pro Comitatu *Boloniae*.

A. 125⅞. d. 27. Mart.

Ad Cod. Dipl. a. 1260. d. 12. Oct.

(BVTKENS *Troph. de Brab.* Preuv. L. IV. p. 75.)

Serenissimo Domino suo LVDVICO Dei gratia *Regi Franciae* MARIA quondam Romanorum *Imperatrix* salutem in omnium saluatore. Magnificentiae vestrae dilectum fratruelem nostrum HENRICVM *Ducem Lotharingiae et Brabantiae* transmittimus; supplicantes attentius, quatenus ei super his quae vobis ex parte nostra dicet *de Comitatu Boloniae*, tamquam nobis credatis: ratum enim et gratum habebimus, quidquid idem Dominus *Dux* pro nobis vobiscum fecerit, praesentium testimonio litterarum. Datum *Duaci* feria quinta post Laetare Ierusalem, anno Domini MCC. LVIII.

N. CCXLVII.

N. CCXLVII.

ALEIDIS Tutrix Holl. et Zeel. mandat GERARDO de Ooftende, ne Scotum aut alia onera exigat ex terris in *Score*, quas habet Abbatia S. Bernardi. A. 12$\frac{5}{6}$. d. 31. Ian.

A. 12$\frac{5}{6}$. d. 31. Ian.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali in Monafterio S. Victoris Antverpiae.)

ALEIDIS quondam vxor domini IOHANNIS *de Auesnis Holl et Zelandie Tutrix* GERARDO *de Hoeftende* falutem in domino Mandamus tibi quatinus ab Abbate et conuentu bī *bernardi* de fexaginta menfuris terrarum in parrochia *de Score* iacentium *fcotum* aut exaxiones aliquas per te uel alium exigi non facias fed ipfos fuper hiis liberos ac indempnes obferues quia dominus noster ac frater dominus · W · clare memorie rom rex libere eas eisdem posfidendas concesfit.

Datum anno domini M^{o} CC^{o} L^{o} nono feria fexta ante pur. beate virginis ·

* * *

Appendet rotundum Sigillum ALEIDIS in cera alba ex vittis pergam. *mulier equo infidens*, aviculam finistra tenens, dextra lorum.

✠ S'. ALEIDIS: . . . . . .

In Contrafigillo Scutum Holland.

✠ CLAVIS: SIGILLI.

N. CCXLVIII.

A. 12$^{60}_{61}$. d. 21. Febr. Compoſitio inter NICOLAVM Abbatem Medioburg. et quosdam *Nobiles de Brigdamme* ſuper Decimis in *Pekelinge*, *Eccleſia Alardi*, et *Poppendamme*, ac iure Patronatus Eccleſiae de *Meliskerke* (1).

A. 12$^{60}_{61}$. d. 21. Febr.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. XIX. in Archivis Camer. Rat. Zeeland. Loculo 116-117.)

In nomine Patris et filij et Spiritus Sanctj Amen. Vniuerſis preſentes viſuris, N. *Abbas* et Conuentus beate Marie in *Middelborgh* Premonſtraten̄ ordinis ex vna parte et PAVLVS filius PAVLJ et PAVLVS filius EGIDIJ *de Brigdamme* ex altera memoriter retinere, cum ſuper commutatione quarumdam *Terrarum* et quarumdam *Decimarum* obligatione haberetur tractatus tandem in hoc duximus concordandum, videlicet quod nos PAVLVS et PAVLVS tam nostra quam Eccleſie Beatae Mariae vtilitate penſata, decimam de *Pekelinge* quam ab Abbate et conventu tenemus in *feodum* ad *proprietatem* ipſius Eccleſie pertinentem dictis Abbatj et Conventuj obligauimus pro quingentis et quinquaginta libris Turonen̄. ad decem annos tenendam quam etiam

(1) Spectant ad hanc Chartae tres Febr. a. 1289. d. 5. Iun. et d. 16. Iun. aliae de *Decimis in Pekelinge* a. 1286. quas alia promam occaſione.

etiam pecuniam ab Abbate et Conuentu nos integraliter recognoscimus recepisse, Promittentes quod neque nos neque heredes nostrj infra dictos decem annos prefatam decimam redimere possumus, nec fructus inde perceptos vel percipiendos computare in sortem. Expletis autem decem annis sj nos vel *Heredes nostrj masculj* de propria carne geniti ipsam volumus redimere, hoc solum in ipso die purificationis *beate Virginis* nobis licebit, pecunia totaliter persoluta, de qua sj aliqua pars defuerit dictj Abbas et Conuentus per totum illum annum fructus et decimam vsque ad sequens festum purificationis libere retinebunt, nec deinceps redimj poterit a nobis vel nostris heredibus ipsa decima nisi in festis purificationis succedentibus, sicut superius est expressum, firmiter promittentes et iuramento corporali firmantes quod neque nos neque heredes nostrj dictos Abbatem et Conuentum super premissis vnquam inquietabimus, vel ab ipsis siue in iure siue quocumque modo aliquid repetemus. Preterea *Decimas* in *Alardj Ecclesia* et in *Poppendamme* iacentes ad proprietatem Ecclesie Beatae Mariae pertinentes, quas a dicto Abbate in *feodum* tenebamus, ipsi Abbati et Conventuj simpliciter resignauimus et resignamus, ipse vero Abbas de consensu Conuentus suj ab *homagio* quo ej occasione ipsarum tenebamur simpliciter nos absoluit. Decimam quam idem Abbas et Conventus habebant in *Melefskerke* nobis et nostris heredibus *masculis* de propria carne genitis in feodum con-

A. $12\frac{80}{81}$. d. 21. Febr.

A. 12$\frac{60}{61}$. d. 21. Febr. conferentes, pro qua decima eidem Abbatj *Homagium* fecimus et heredes nostros ad faciendum *homagium* et *fidelitatem* firmiter obligamus. De commutatione autem terrarum iacentium in *Brigdamme* et in *Melofskerke* inter nos ex vna parte et praefatos Abbatem et Conuentum ex altera facta, vtraque partium tenebitur alteram *garandizare* et omnino indempnem fideliter obferuare, De omnibus infuper contractibus inter nos et fepedictos Abbatem et Conuentum ante istam ordinationem habitos, ipfos Abbatem et Conuentum omnino quitos clamamus et recognoscimus nobis ab ipfis plenarie fatisfactum, infuper omne ius quod nos et heredes nostri habebamus vel habere videbamur fiue *ex antiqua confuetudine* fiue quocumque alio modo in *collatione Ecclefie de Melofskerke* prefatis Abbati et Conuentuj ad honorem beatae Virginis in perpetuum refignamus. publice protestantes nos et heredes nostros in ea nichil iuris habere, Vt autem hec omnia rata et firma permaneant prefentem paginam Sigillis Illuftris Domine ALEYDIS *Tutricis Holland* et *Zelandie* ac ipfius Abbatis et Conuentus et nostris PAVLJ et PAVLJ necnon et omnium *nobilium* quos ad hoc precibus inducere potuimus fecimus roborarj.

Datum in *Middelburgh.* Anno Domini M°. CC°. fexagefimo in vigilia Cathedr. Beatj Petrj Apoftolj.

N. CCXLIX.

N. CCXLIX.

RICHARDVS Rex Germ. recipit a MARGARETA Com. Flandriae Homagium de *Zeelandia* reliquisque terris Imperialibus. A. 1260. d. 27. Iun.

A. 1260. d. 27. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 223 *et* 324.

(DOM. DE GRIJPSKERKE, *Descript. Zeel.* MS. p. 133.)

„ Te *Rupelmonde* is een Brief van Coning RICHART gegeven te *Camerijk* op den 27. Iun. 1260. by welken hy Vrou MARGARETA *van Vlaanderen* admitteert tot het *Homage* van de Landen van *Aalst*, *Waas*, *de* 4. *Ambachten*, *Zeeland* tusschen *Schelde* et *Hedinzee;* en wyders belooft ook na haar dood te zullen ontvangen GUY *Graaf van Vlaanderen*, als hy daartoe verzocht zal zijn.

„ Hooggem. koning RICHART heeft bovengemelde *revocatoire* sententie nochmaal geconfirmeert a. 1262. het zesde van zijn Rijk " (1).

(1) Memoratur eadem RICHARDI *des Chartes à Lille*, h. a. Cf. ad a. Regis Charta *dans l'inventaire MS.* 1262. d. 4. Iul.

N. CCL.

A. 1260. d. 12. Oct. ALEIDIS Tutrix Hollandiae donat Abbatissae et Conventui de *Rijnsburg* decimam in *Waddingen*, et immunitatem telonei de *Niemantsvriend*, quam eis dederat MARIA WILHELMI I. Comitis Holl. vidua, ac confirmarat FLORENTIVS IV. a. 1232.

A. 1260. d. 12. Oct.

Ad Excurs. XI. f.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg. Dedit etiam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 335. ex VRED. *Geneal. Com. Flandr.* P. I. p. 343. et BOXHORN. *Theatr. Holl.* p. 83.)

Ego ALEIDIS quondam vxor dominj a IOHANNIS *de Auesnis*, *Tutrix Hollandie* et *Zelandie*, vniuersis Christi fidelibus

a Mier. uxor Ioh.

(1) *Imperatrix*] Dixi de hac MARIA *Romanorum quondam Imperatrice*, *Ottonis* Regis, deinceps *Wilhelmi I.* Comitis coniuge, in EXCVRS. XI. p. 484, 495. ubi docui, fuisse filiam HENRICI Ducis Brabantiae; quae quidem, vivente adhuc altero marito WILHELMO I. *Hollandiae* Comite, simpliciter vocatur *Maria uxor eius*, a. 1220. vid. supra p. 428. Postquam vero WILHELMVS eius coniux a. 1222. obiit, primo simpliciter se scripsit *Maria Comitissa*, vel *Maria quondam Hollandiae Comitissa*, vid. supra Chartas a. 1222. p. 433. et M. Iun. a. 1223. p. 442. Visa tamen sibi et haec Princeps, auctore REINERO LEODIENS. a. 1220. p. 63. quum Imperatoris coniux antea fuisset, his WILHELMI Comitis nuptiis admodum *humiliata*; certe post *Wilhelmi* mortem, in terras suas profecta, spiritus altius sustulit, et dissimulato altero WILHELMI *Hollandiae Comitis* matrimonio (1) se vel simpliciter

(1) *Matrimonio*] Alia huius rei caussa non suppetit, quam quae supra a scriptore aequali REINERO *Leodiensi* exhibetur; qui si duobus seculis serius vixisset, vel, quo fastigii haec familia

libus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in Domino sempiternam. Cum inclyte recordationis Domina M.* *quondam Romanorum Imperatrix* (1) *matertera nostra* pro incremento et salute clare memorie mariti sui W. *Comitis Hollandie* avi nostri in officio *de Durdrecht*, quod *Scrodeambacht* (2) vulgariter nuncupatur Abbatisse et Conuentui ac monasterio in *Rinsborgh*[b] quinque libras *Holl.*[c] annis singulis concesserit eandemque concessionem bone memorie pater noster *Comes* FLORENTIVS duxerit confirmandam ac alias etiam dictum monasterium videlicet in *Bogarden* a *Comitatu Hollandie* duas libras perpetualiter habeat in elemosinam[d] annuatim Nosque predictas quinque libras ac duas libras nostris[e] ac Karissimi consanguinei nostri

A. 1260. d. 21. Oct.

* i. e. Maria.

b Rinsburch. c Hollandicas. d Elem. e ac duas venerabilis.


citer *Ottonis viduam* vel *Imperatricem* in Chartis appellavit. Saltem statim post discessum ex Hollandia audit *Maria relicta Ottonis Imperatoris*, d. 6. Oct. a. 1223. in MIRAEI *Opp. Diplom.* T. II. p. 849. Adstitit eadem Chartae patris sui HENRICI Ducis Brab. a. 1224. M. Martio, quae sic finitur: *testes huius eleēmosinae donationis* MARIA *quondam Imperatrix filia et Godefridus frater* — — apud BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. Preuv. p. 70. Adfuit etiam testis Chartae OTTONIS *Comitis Gelriae* a. 1231. ibid. p. 72. ubi sic: *Huic facto interfuerunt Dominus Henricus de Lovanio*, MARIA IMPERATRIX — — *Actum Lovanij.* Scribitur porro in aliis Chartis, a. 1246. *Maria quondam Romana Imperatrix, filia Ducis Lothar. et Brab.* supra p. 516.

lia postea adscensura fuisset, praescire potuisset, huic *kamiliandi* verbo pepercisset, Paullo enim post alter *Wilhelmus* huius *Wilhelmi I.* nepos *Rex Romanus* creatus fuit; immo *Magtildem Mariae* sororem pater HENRICVS in matrimonium dedit eiusdem *Wilhelmi I.* filio FLORENTIO C. Holl. IV. Agnovitque *Wilhelmus* inter familiae suae satores ARNVLFVM Comitem, qui *Luitgardem* IMPERATRICIS *Cunigundis* sororem, coniugem habuerat, idque iam Sec. x.

A. 1260. d. 12. Oct. tri FLORENTII *heredis Hollandie* vſibus per commutationem duxerimus[f] vendicandas ad notitiam vniuerſorum volumus pervenire, quod tam in reſtaurationem proventuum predictorum pro remedio anime felicis recordationis Domini ac fratris noſtri W. *Romanorum Regis illuſtris* nec non pro ſalute

f *duximus.*

516. et d. 14. Febr. a. 1258. p. 729. d. 18. et 27. Mart. p. 747. ſq. et *Maria Dei gratia quondam Imperatrix Romanorum*, et a. 1260. *Marie que fu* EMPERIS *jadis*, apud BVTKENS Preuv. L. IV. p. 74 et 98. Immo ipſius WILHELMI I. filius *Florentius* hanc Patris ſui uxorem alteram, novercam ſuam, non aliter vocat, quam *Dominam* MARIAM *quondam Imperatricem*, in Charta ſupra d. 28. Febr. a. 1232. p. 475. qua ratam habet *Mariae donationem* factam pro anima et *bona memoria patris ſui Wilhelmi.* Ad quam *Florentii IV.* confirmationem hic provocat ALEIDIS *Tutrix Hollandiae*, Wilhelmi II. ſoror; ita tamen, ut *Mariam* non vocet *Aviam*, vel *Avi* coniugem, ſed *Materteram*: cuius appellationis ratio in eo ſita eſt, quod huius *Aleidis* mater, FLORENTII IV. vidua, fuit MACHTILDIS, quae et ſoror huius *Mariae*; de qua cognatione ex hoc ſtemmate facile iudicium ſumas:



Nihil

te anime IOANNIS *de Auesnis* mariti nostri Karissimi ac incremento proprie salutis, ac aliorum predecessorum nostrorum predicto Monasterio Abbatisse et Conuentui decimam in *Wandinghen* inter *Leiden*[g] et *Dodinslane* extendentem, tam maiorem, quam minorem *Comitatui Hollandie* attinentem, perpetualiter concedimus et donamus, volentes vt in missis et vigilijs[h], disciplinis et in caritate vini predictus conuentus agat annis A. 1260. d. 12. Oct

g *Wandingen inter Leyd.* h *ut in Vigiliis.*

Nihil hoc impedit, quominus *Maria*, quae vitam in Brabantia et alibi egisse videtur, nonnunquam Mariti sui familiam visum ierit, ibidemque versata, *Hollandiae Comitissae* titulo, gavisa sit. Has MARIAE nuptias cum WILHELMO Com. Holl. penitus ignorasse videtur V. D. BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. p. 204. ubi simpliciter narrat, eam post mortem *Ottonis* a. 1218. d. 27. Apr. secessum fecisse in *Brabantia*, in Abbatia primo Haffligensi, deinde *Helmontii* in terris suis sibi a fratre assignatis; retinuisseque semper titulum *Imperatricis*, testibus Chartis a. 1246., 1258, 1260. supra laudatis. Eius obitum collocat idem initio a. 1260. Qui haec legerit, adiectis iis quae supra in EXC. VII. dicta sunt, facile carebit Viri D. ad STOK. D. II. bl. 565. sq. animadversionibus, refutatu penitus indignis. Duobus autem *Maria* usa est Sigillis, altero ut *Comitissa*, altero ut *Regina*. Exhibeo illa in aes incisa TAB. XII. quorum alterum spectat ad Chartam Autographam a. 1223. post fata mariti WILHELMI *Com. Holl.* datam p. 443. mulier nempe equo vecta, avem manu tenens, sub equi pedibus venationis Symbola. Alterum ex MEIBOMIO *Rer. German.* T. III. p. 158. exhibet HEINECCIVS *de Sigill.* TAB. VIII. n. 6. quod ipsi p. 115. repraesentat „*Augustam* coronatam, throno insidentem, dextra filium, sinistra globum sine cruce tenentem cum iisdem Symbolis solis et lunae, quae in OTTONIS IV. mariti Sigillo invenimus, atque hac perigraphe: ✠ MARIA. DEI. GRACIA. ROMANOR. IMPERATRIX. SEMP. AVGVSTA. Vid. supra p. 745. (*i*)

(2) *Scrodeambacht*] Fuit hoc munus, sive *officium* (hoc enim Belgis est *Ambacht*) ab antiqua voce *Schrode* sic dictum, nihil aliud quam *ius Geranii*, quod ex antiquitate egregie illustravit Vir Ampliss. VAN DE WALL *Handvesten van Dordrecht* bl. 47. sq. cf. bl. 487. quo et haec Charta pertinet.

A. 1260. d 12. Oct. annis ſingulis memoriam predictorum volentes inſuper eiſdem gratiam facere ſpecialem ipſis concedimus et donamus, vt ante *Theloneum* de *Nimantsyrinth* cum vino et frumento, et aliis rebus quibuscumque, ad ipſum Monaſterium pertinentibus, ſine omni exactione *thelonei* [i] libere transeant et quiete. Testes, qui huic conceſſioni interfuerunt, ſunt:

Domina Elizabeth [k] veneranda Regina.

Domina Machtildis mater nostra, Comitiſſa Hollandie.

Dominus Theodoricus (ſic) de Theilinghen.

Dominus Willelmus de brederode [l].

Et quamplures alii Nobiles, qui predicte interfuerunt conceſſioni. In cuius rei testimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi, et ſigillo nostro iuſſimus communiri.

Datum in *Rinsburch*, anno Domini M°. CC°. LX°. feria quarta [m] post festum beati Dioniſii. Menſe Octobri.

* * *

Perierunt 4. Sigilla, quae olim ex filis ſericis appenderant.

i exactione. k Eliſabetha. l Guilielmus. m MCCLX.

N. CCLI.

N. CCLI.

HENRICVS III. Rex Angliae Mercatoribus, et Oppidanis de *Ardenburg* insignia concedit Privilegia, in his *de non arrestando*. A. 1261. d. 16. Iun.

A. 1261. d. 16. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 129.

(Ex Originali in Archivis Ardenburg. no. 34. et 54. (1))

[H]ENRICVS dei gratia *Rex Anglie* · Dominus *Hibernie* et *Dux Aquitann* Archiepiscopis · Episcopis · Abbatibus . Prioribus · Comitibus · Baronibus · Iusticiariis · vicecomitibus · Prepositis · Ministris · et omnibus balliuis et fidelibus suis salutem · Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse pro nobis et heredibus nostris dilectis nobis Burgensibus et Mercatoribus de *Rodenbourch* quod ipsi imperpetuum per totam terram et potestatem nostram hanc habeant libertatem · videlicet quod ipsi uel eorum bona quocumque locorum in potestate nostra inuenta non arestentur pro aliquo debito de quo fideiussores aut principales debitores non extiterint · nisi forte ipsi debitores de eorum sint comuna et potestate habentes · vnde de debitis

suis

(1) Exstat etiam descripta in *Registro Pergameno* fol. 1. ubi et versio Belgica vetusta, in qua mensis nota hac ratione effertur: *vppe den zestienden dach van* ONGHERMAEND *jnt jaer* — -- Quod tamen utrum ad *Februar.* an *Iunium* spectet, non video; quia latet vitium in scriptura *dici*.

A. 1261. d. 16. Iun. ſuis in toto uel in parte ſatisfacere posſint/ et ipſi Burgenſes de *Rodenburch* per quos ipſa villa regitur illis qui de terra et poteſtate noſtra extiterint in *iusticia* deſuerint et de hoc racionabiliter conſtare posſit · Et quod dicti Burgenſes et mercatores imperpetuum ſint quieti de muragiís de omnibus bonis rebus et mercandiſis ſuis per totum regnum noſtrum · Et quod Burgenſes et mercatores predicti pro transgresſione ſeu forisfactura ſeruientium ſuorum *catalla* et bona ſua in manibus ipſorum.inuenta aut alicubi locorum per ipſos ſeruientes depoſita/. quatenus ſua esſe ſufficienter probare poterunt' non amittant. Et etiam ſi dicti Burgenſes et mercatores aut eorum aliquí infra terram et poteſtatem noſtram teſtati decesſerint uel inteſtati' nos uel heredes noſtri bona eorum confiscari non faciemus/ quin eorum heredes integre ipſa habeant quatenus ipſa catalla dictorum defunctorum fuisſe conſtiterit . dum tamen de dictis heredibus noticia aut fides ſufficienter habeatur · Et quod ipſi cum mercandiſis ſuis in terram et poteſtatem noſtram ſecure veniant et ibi morari posſint facientes debitas et rectas conſuetudines Ita quod nullum alium burgenſem uel mercatorem transmarinum de alíis villis transmarinis quam de villa ſua propria aduocabunt ad veniendum in terram noſtram cum rebus et mercandiſis aliquibus · Ita etiam quod ſi inter Regem Franc̄ aut alios et nos uel heredes noſtros aliquo tempore guerra fuerit ipſi premunſantur vt infra quadraginta dies regnum noſtrum cum

cūm bonis suis egrediantur. Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris quod predicti Burgenses et mercatores de *Rodenburch* et eorum heredes per totam terram et potestatem nostram imperpetuum habeant omnes libertates prescriptas. Et prohibemus super forisfacturam nostram decem librarum ne quis eos contra hanc libertatem et concessionem nostram in aliquo iniuste molestare uel inquietare presumat. Hiis testibus. venerabilibus patribus B. Cantuarieñ Archiepō totius Anglie primate. et R. Karleol Epō Iohē de Plessetis Com̄ Warr. Hunfrido de Bohun Com̄ Herefor̄d et Essex̄. Phō Basset Iustitiar̄ Angl. Huḡ le Bigod. Iohē Mansell Thesaurar̄ Ebor. Willmō de Wiltoñ. Gilbto de Prestoñ Imberto Pugeis et aliis. Dat̄ per manum nostram apud *Westmoñ* sexto decimo die Iunii. Anno regni nostri Quadragesimo sexto.

A. 1261. d. 16. Iun.

* * *

Duo eiusdem formae et scripturae exstant Privilegia; ex utroque pendet Sigillum HENRICI Regis Anglorum cum Contrasigillo.

In Sigillo Chartae n°. 34. conspicitur Rex Equo insidens cum his literis in perigraphe:

hE.RICUS I.... LIE: DOI....

In altero n°. 54. tantum: ..... TAInIE.

In aversa parte, in qua Rex regali throno insidet, sinistra globum tenens, n°. 34. videri possunt: ..... DOMI ...... AQVITAnnIE. ✠ In n°. 54. hEnI.....

Exstat et tertium exemplar n°. 70. eleganti scriptura, cuius litera initialis *Henrici* auro est appicta, sed data est haec Charta *Octauo die Februarii anno regni nostri quadragesimo sexto*: eadem tamen est sententia,

 quam.

A. 1261. d. 16. Iun. quamquam ex disparitate temporis alios habeat testes, hunc in modum: „ Hiis testibus venerabilibus patribus W. Wigorniens. H. London. et „ G. Sar Epis. Rico de Clar Comite Glouc et Herefordi. Humfr. „ de Bohu Com Hereford et Essex. Hugone le Bigod. Pho Basset Iustit. „ nostro Angl. etc. ". Idem appendet Sigillum, cuius pars dimidia superstes has habet literas:

· · · · · MINVS HYBERNIE DVX AQVITAINIE.

In aversa parte:

✠ HENRICVS DEI GRATIA REX ANGLIE.

Vnde patet, integram sententiam esse, *Henricus Dei gratia Rex Angliae, Dominus Hyberniae, Dux Aquitaniae. Hybernia* enim a. 1171. in provinciae formam redacta est, unde se *Dominum* scripsit.

N. CCLII.

A. 1261. d. 2. Nov. ALEIDIS Tutrix Hollandiae et Zeelandiae confirmat Abbatiae de *Koningsveld* Ius Patronatus Ecclesiae de *Pynacker*.

A. 1261. d. 2. Nov.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex MS. Libro 8°. Descript. Abbatiae, cui in Dorso: *Abdije van Koningsveld*, ad Originale descripto.)

ALEIDIS quondam uxor Domini IOHANNIS *de Avenis Tutrix Hollandie* et *Zeelandie*, Vniuersis presentia visuris salutem

(1) Quod FLORENTIVS Florentii V. Tutor dederat a. 1257. (vid. p. 721.) hoc ALEIDIS per hanc Chartam confirmat. Postquam vero tutela exciderat, hoc ius Patronatus legitime denuo confirmavit. Docemur hoc ex Charta ALEIDIS a. 1264. d. 20. Iun. Habentur plures aliae Chartae huc pertinentes in *Historia seu notitia Episcop. Vltraiect.* T. I. p. 418. Vocatur haec Abbatia latina voce *Regius Campus*, quia fundus istius Abbatiae a Comite *Wilhelmo*, Rege Germ. erat donatus, unde vernacule *Koningsveld* audit; quod idem notat.

tem in Domino. Vniversitati vestre significamus, quod nos A. 1261. d. 2 Nov.
donationem in *ius Patronatus* ecclesie *de Pijnacker* cum omnibus proventibus suis prout dilectus Frater noster Dominus FLORENCIVS pie memorie sanctimonialibus in *Regio Campo* assignavit ratificamus.

Datum in *Sande* anno Domini. M°. CC°. LX°I. in die animarum.

* * *

Appendebat Sigillum ALEIDIS, repraesentans mulierem equo insidentem, cum hac perigraphe:
✠ S. ALEIDIS · SORORIS · WILL' · COMITIS: HOLLANDIE.
In aversa parte, Scutum Hollandiae, cum epigraphe:
✠ CLAVIS · SIGILLI. Pro more. Vid. TAB. XIV.

N. CCLIII.

RICHARDVS Rex Germaniae recipit ab ALEIDE vidua IOHANNIS *d'Avesnis* homagium pro *tutela* terrarum Hollandiae et Zeelandiae, etc. A. 1262. d. 4. Iul.

A. 1262. d. 4. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 324 *et* 330.

(Ex Archivis Hannon. et Camera Feudali Holland. MIERIS *Chartert.* D. I. bl. 338.)

RICARDVS, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis Christi et Sacri Imperii fidelibus, ad quos presentes litteras pervenire contigerit, suam gratiam cum salute.

A. 1262. d. 4. Iul. Ad universitatis vestrae volumus pervenire notitiam tenore presentium, simpliciter et publice protestantes, quod nos ab Illustri ALEIDE, relicta clarae memoriae IOHANNIS de *Avesnes*, *Tutrice Hollandiae atque Zelandiae*, *pro tutela dictarum terrarum*, *et pro portione hereditatis Comitatus Hollandiae atque Zelandiae*, si qua eam iure hereditario sive successorio debet seu potest contingere, recepto *homagio et fidelitatis debitae iuramento*, ipsam investivimus de dicti *Comitatus tutela* tanto tempore, quanto *ex iure et consuetudine* tenetur servanda; et de portione hereditatis, similiter si qua ei iure hereditario, sive successorio in *dicto* debet, vel potest competere *Comitatu* (1). In cuius rei testimonium praesentem litteram conscribi et sigillo Maiestatis nostrae iussimus communiri. Datum *Bruxellae*, quarto die Iulii, Indictione quinta, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, Regni vero nostri sexto.

(1) *Comitatu*] Observa locutionem *dicto Comitatu*, pro qua paullo ante *Comitatum Hollandiae atque Zelandiae* dixerat, certo argumento, hoc tempore nondum *Zeelandiam* tamquam peculiarem Comitatum fuisse censitam. Cf. EXCVRS. VII. not. p. 330.

N. CCLIV.

N. CCLIV.

NICOLAVS Abbas Middelburg. inquiſita veritate Epiſcopum Leodienſem, et OTTONEM Comitem Gelriae, Tutores FLORENTII V. certiores reddit de arbitrio facto in gratiam Abbatiae Rijnsburg. ſuper terra inter *Dunhoofde* et *Lemmel*. A. 1263. d. 10. Iul.

A. 1263. d. 10. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 331. *not.* (*l*).

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

Viris illustribus · venerabili patri . Domino · H · *leodiens · Epiſcopo* · et domino · O · *Comiti ghelrie holl* et *Zeland Tutoribus* (1) · N · dei patientia · *abbas* in *midd.* ſalutem et orationes in domino · Cum ſuper terris propter quas CONRADVS abbatisſam et Conuentum jn *Rinsborch* molestabat mihi foret Commisſum *ueritate inquiſita* iudicare ' vestre dominationi ſignifico quod tam per litteras quarum vnam habet dicta abbatisſa ' Reliquam dicte terre partitores ' quam per dicta et testimonium uirorum proborum in eadem terra partes habentium didici quod memo-

(1) *Tutoribus*] Nota est controverſia inter *Aleidem* Tutricem Florentii V. et multos terrae Hollandiae Proceres, qui *Comitem Gelriae* Tutorem adſciſcebant. WAG. *Vad. Hiſt.* D. III. bl. 6-9. qui tamen quando ait, *Vrouw Aleid matigt zig de voogdyſchap van Holland aan*, non ſatis ex uſu German. videtur locutus. Confirmavit *Aleidis* Tutelam Rex Germ. *Richardus*. Vid. a. 1262. d. 4. Iul Nunquam autem, quod ſciam, *Comes Gelriae* tamquam *Tutor* hactenus in Chartis occurrit. De *Leodienſi Epiſcopo* fere etiam ſiletur. Quapropter hanc Chartam adiicere, haud inconſultum duxi.

A. 1263. d. 10. Iul. morata abbatisſa Emít cum EVSTACIO filio BOENEN· Cum EVSTACIO filio GERVLPHÍ· Cum GÓSVÍNO *de alartskerke*· et cum MONÍNO filio CONRADÍ omnem terram et omne *incrementum* quod ubicumque uerſus mare accreuerit ſicut ipſi emerant (2) cum domino · WILLELMO *Comite holland* et quicquid dictos quatuor jnter *dunhofde* et *lummele* potuit contingere per iam dictam cum domino · W · *Comite* factam emptionem · In cuius Rei testimonium preſentem notulam ſigilli meí munímine fecí roborarí·

Datum anno domini · M · CC · LXIII · feria tercia post octauas apoſtolorum petrí et paulí·

* * *

Periit Sigillum, quod ex vitta Pergamena olim appenderat.

(2) *Emerant*] Reſpicit haec ſententia ad terras, quas hi Nobiles a. 1246. coram *Comite* et *Scabinis* de *Middelburg*, vendiderant Abbatisſae de *Rijnsburg*, qua de re vid. p. 506.

N. CCLIV.

A. 1264. d. 13. Ian. MACHTILDIS Comitisſa Hollandiae, FLORENTII IV. vidua, Abbatiae Rijnsburg. asſignat 5. Libras annuas in Officio de *Monſter* prope *Oudenborg*.

A. 1264. d. 13. Ian. *Vidimus*, eodem die.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

Omnibus ad quos preſens notula peruenerit · TH · dominus *de theylingen* · miles · LAVRENTIVS presbiter jn *Vorholt* · WIL-

LEL-

LELMVS presbiter in *Valkenburgh* · et Magister GERARDVS *de leyden* · salutem jn domino· Noueritis quod nos quandam litteram sigillo nobilis Matrone *Domine* · M · *Comitisse Hollandie* sigillatam conspeximus scriptam sub hac forma. A. 1264. d. 13. Ian.

Vniuersis presentibus et futuris presens scriptum visuris · M. *Hollandie Comitissa*' eternam jn domino salutem· Nouerit uniuersitas uestra quod nos ob remedium anime dilecti mariti nostri · Domini FLORENTIJ quondam *hollandie Comitis*' abbatisse et Conuentui de *Rinsburgh* assignauimus quinque libras annui redditus vel quinquaginta libras pro earum redemptione si dictas quinque libras redimere voluerimus Capiendas ad terras nostras iacentes jn officio *de Monstra* prope *oudenburgh*· De quibus quinque libris rogaueramus abbatissam et Conuentum de *Lausdune* ad tempus pro nobis soluere quadraginta solidos predicte abbatisse de *Rinsburgh*· Quas scilicet abbatissam et Conuentum de *lausdune* a solutione predictorum quadraginta solidorum predictis abbatisse et Conuentui de *Rinsburgh* faciende quitas imposterum clamamus' presertim cum predicte de *Rinsburgh* citationibus indebitis dictas de *Lausdune* uexauerunt indebite' Quia nos dictorum solidorum quadraginta debitores sumus· In Cuius rei testimonium predicte abbatisse et Conuentui de *Lausdune* presentes litteras Contulimus sigilli nostri munimine roboratas·

Datum anno domini · M° · CC° · LXIIII° · Sabbato post Epyphan. domini·

Et

A. 1264. d. 13. Ian. Et nos ſupradicti · TH · dominus de theylinge miles · et laurentius et Willelmus presbiteri · et Magister Gerardus de leyden jn testimonium quod huíusmodí tenoris ſcriptum uidímus' preſentem notulam ad petitionem abbatiſſe et Conuentus de *Rinsburg*' ſigillorum nostrorum muníminibus fecimus roborarí.

Datum anno domini · M^o^ · CC^o^ · LXIIII° · Jn Octaua Epyphan. domini · ——— ———

* * *

Superest ex quatuor nonniſi fruſtum unius Sigilli.

N. CCLV.

A. 1264. d. 20. Iun. ALEIDIS ſoror *Wilhelmi* II. vidua IOHANNIS de Avennis denuo confirmat donationem Eccleſiae et iuris Patronatus de *Pijnacker*, factam Abbatiae de *Koningsveld*.

A. 1264. d. 20. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Habet *Histor. Episcop. Belg. Feder.* T. I. p. 418. et hinc MIER. D. I. bl. 339.)

ALEYDIS quondam ſoror Domini WILHELMI -- -- -- Ad notitiam ſingulorum, -- -- quod cum adhuc *haereditario iure*, et ſucceſſive post dilectum Fratrem nostrum Dominum FLORENTIVM terram *Hollandiae* et *Zelandiae* tueremur (1), et

(1) *Tueremur*] Vocat hanc tutelam *iure hereditario*, *succesſive* post fratrem. Hanc tutelam autem ſe nunc non amplius habere, verba docent ſat mani-

et *Ecclesiastica beneficia vacantia* (2), ad nostram in eadem terra spectarent donationem sive praesentationem; nos considerata necessitate novellae Plantationis sanctimonialium Praemonstratensis Ordinis in *Coningsfelt*, omne *ius Patronatus* collationis seu praesentationis vel personatus Ecclesiae de *Pynacker*, et ipsam Ecclesiam, ad nos pleno iure spectantem cum omnibus proventibus -- -- -- pie contulimus et adhuc conferimus ——— ——— ——— A. 1264. d. 20. Iun.

Datum apud *Coningsfelt* anno Domini 1264. feria sexta ante Festum beati Iohannis Baptistae.

manifesto. Sequitur praeterea proximo die 10. Sept. altera ALEIDIS Charta ex Originali a me descripta cum Sigillo, quod dedi TAB. XIV. n. 1. b. quod diversum longe a priore quo usa est Sigillo, quando adhuc *Tutrix* esset.

(2) *Vacantia*] Notentur iuris publici amantibus verba de iure Principibus Holl. eorumque adeo Tutoribus competenti.

N. CCLVI.

ALEIDIS soror WILHELMI II. vidua IOHANNIS de Avesnis in feudum dat IOANNI de Rinsburg *aream* iuxta cimiterium in *Novo Schiedam*. A. 1264. d. 10. Sept.

A. 1264. d. 10. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg)

Nos ALEYD̄ germana inclite recordationis domini WILL̄I *rom̄ regis* illustris et vxor quondam domini IOHANNIS *de auenn̄* no-

A. 1264. d. 10. Sept. notum facimus vniuersis quod nos ab orientali parte cimiterij in *nouo sciedammo* iuxta idem cimiterium aream vnam ad latitudinem quatuor virgarum ad longitudinem vero a terra veteris *polre* quinque virgarum versus riuum qui *scie* dicitur directe se extendentem ab opposito vero aree predicte directe aliam aream similiter quatuor virgarum in latitudinem . in longitudinem vero a foro et a platea communi usque ad predictum riuum se extendentem ita quod nullo modo plateam uel forum occupabunt IOHANNI *de rinsburg* et heredibus suis *feodali iure* et in homagio libere perpetuo duximus concedendas ita videlicet quod quicquid in predictis fundis uel areis fabricari fecerint uel attulerint sibi vxori sue et eorum heredibus sine feodali iure ad proprios vsus cedat quod sub sigilli nostri munimine presentibus protestamur.

Datum anno domini M° CC° sex° quarto feria quinta post natiuitatem beate Marie virginis.

* * *

Appendet adhuc pars Sigilli ALEIDIS, feminam repraesentans aliquid manu gestans, ab aversa vero parte *gryphem* vel aquilam alis extensis, cum hac circumscriptione:

✠ SIGILLVM SECRETI.

Vid. hoc in aes expressum TAB. XIV. n. 1. b.

N. CCLVII.

N. CCLVII.

FLORENTIVS V. Comes Hollandiae mandat *Balivo Walacriae*, ut causſae cognitionem inter Abbatem Mediob., et IOHANNEM de Brigdamme, ſuper decimis in Poppendamme et Oostcappelle, differat, donec ipſe in Zeelandia Iudex ſedeat. A. 1266. d. 10. Iul.

A. 1266. d. 10. Iul. (1)

Ad Excurs. VII. p. 329 *et* 335.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. x x. vs. in Archivis Camer. Rat. Zeeland. Loculo 116-117.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie* fidelj ſuo CORTTEBRINDE *Balliuo Walacrie* ſalutem et omne bonum. De altercatione inter Abbatem de *Middelburg* et IOHANNEM *de Brecdamme* ſuper decimis in *Poppendamme* ad ipſum Abbatem vt intelleximus deuolutis ex morte SYMONIS fratris dicti IOHANNIS tibj mandamus, volentes quatinus dictas decimas colligj ex parte nostra facias et in ſequestro ponas donec ad partes *Zelandie*

(1) Hanc primam eſse Chartam Florentii V. mihi cognitam, quam ſuo nomine dederit, obſervavi ad EXCVRS. VII. p. 335. not. *m.* Novi apud MIERIS D. I. bl. 341. a. 1265. d. 9. Sept. haberi Conventionem inter privatos, quae dicitur compoſita *in ons Heeren tegenwoordigheide van Holland ende ſynes Raeds.* Sed nihil hoc certi videtur probare, quia et *Dominus* et *Domini Conſilium* adeſse poſsent, etiamſi frena Regiminis ipſe non capesſivisſet. Meretur tamen obſervari, quod Charta illa dicatur data *Aalbrechtsberge*, qui locus est in *Kenemaria*, ubi Comites ſollemniter recipi et inaugurari ſolebant. Forte ad hanc ſollemnitatem eo tunc profectus est.

A. 1266. d. 10. Iul. venerimus et quj de *iure* illas habebit secundum legittimam sentenciam et rationabilem datam et de fidelibus terre judicatam, illj sine contradixione qualibet porrigj faciemus.

Datum anno Domini M°. CC°. LXVI°. feria V. post oct. apostolorum Petrj et Paulj.

N. CCLVIII.

A. 1266. d. 31. Dec. FLORENTIVS V. Com. Holl. constituit de mulctis in nundinis *Leidensibus* solvendis per *nobiles ignobilesque* (1).

A. 1266. d. 31. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Libro MS. feudali authentico fol. 1°. cui in dorso: *onde Leenprotocollen van Wassenaere* nº. 15.)

Ego FLORENCIVS *comes Holln̄* Notum facio vniuersis presentes litteras Inspecturis / quod dilectos ac fideles oppidanos meos in *Leyden* omni moda volens et pacis et quietis securitate gaudere ne infra terminos libertatum suarum diuersorum pugnantum jnsolentijs perturbentur dilecto ac fideli meo HENRICO

(1) *Ignobilesque*] Dederat nimirum h. a. d. 19. Dec. FLORENTIVS Comes cum consensu *Castellani Leidensis* opidanis de Leiden nonnulla Privilegia apud MIERIS D. I. bl. 344. Nunc cavet, ne quid mali ab extraneis per nundinas fiat, et quomodo hoc puniendum. Quantivis pretii haec Charta est. Docemur hinc ex *communi patriae lege* (*de gemeene landwet of landrecht*) poenam 10. L. fuisse statutam in pacis publicae violatores; docemur porro quodnam inter *Nobiles* (puta *edelen* en *welgeborenen*) et *inter tributarios* (*schotschuldige* of *bedeschuldigen*) fuerit discrimen ratione Iudicii. Deni-

RICO *castellano de leyden* concesſi preſentium testimonio litterarum/ vt ſi qui extranei infra limites opidi de *leyden* et in nundinis pugnando pacem Libertatis ſue violauerint/ eis non profit *libertas* pro oppidanorum commodo introducta/ ſed ſecundum *communem legem patrie* decem ℔. pena multentur [a]/ ita videlicet vt ſi *Nobiles* fuerint dictus *castellanus* eos cum duobus nobilibus vndecumque in ſuo diſtrictu ſumptis legitime conuincat et ignobiles ſicuti *tributarios* [b] ſuus *ſcultetus* cum duobus tributarijs vndecumque extra opidum in ſuo officio [c] ſumptis predicto modo probet reos, et licet ego per *me* vel per *balginum* meum duplam partem pene pecuniarie mihi debite reo relaxauerim occaſione relaxationis huiuscemodi non relaxabitur pars tercia *castellani*/ dans eidem preſentes litteras jn testimonium ſuper eo/ A. 1266. d. 31. Dec.

Datum anno domini M° · CC° · LX° ſexto in vigilia natiuitatis domini/

* * *

In fine ſic ſcriptum legitur: Collatio facta apud predictarum literarum de Vidimus per me

L. MICHIELS.

[a] MS. *multentur.* [b] MS. *tributariis.* [c] *Officiis.*

Denique duas mulctarum partes cesſiſſe *Domino* Comiti, reliquam vero tertiam *Castellano*. Postremo *nundinae* hic memoratae quum in ſupradicto Privilegio apud MIERIS l. l. non legantur concesſae: hinc patet, id quod MIERISIO p. 345. (1) iam obſervatum, Opidanos Leidenſes antiquiora etiam habuisſe Privilegia, quae tamen hodie non amplius proſtant. Inſerta erat haec Charta literis per *Vidimus* datis a *Burgimagistris* Scabinis et Conſulibus villae Burgenſis a. 1424. d. 27. Iul.

N. CCLIX.

N. CCLIX.

A. 1268. d. 11. Aug.

MARGARETA Comitissa Flandriae et Hannoniae donat Oppido *Aardenburg* liberum Mercatum annuum per XIV. dies.

A. 1268. d. 11. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 129, 211, 223.

(Ex Originali, eleganti scriptura, in Archivis Ardenburgens. no. 93.)

Nous MARGHERITE *Contesse de Flandres* et *de Haynau* faisons a sauoir a tous / ke nous a nos boens amis les *Escheuins* et le *communitei* de nostre uile de *Rodembourg* auons otrye et otrions vne franche feste en lan · ki doit commencier len demain de la Trinitei · ki prochainement uient · et doit durer franche / par quinze iours continueus · Et li paiemens par les quatre iours suiwans apres · as usages et as coustumes ke li feste est a *lille* · Et ensi chascun an perpetuement. Sauf tou ke li *sic* tousnui [a] / li wienage et toutes autres droitures et coustumes demeurent dedens *sic* le vile [b] de *Rodembourg* . et doiuent demorer des ore en avant / hors de le feste et dou paiement deuant dis / en autel point comme il ont estei devant lotroi de ceste feste · En tesmoignage et en seurtei de la quel chose / nous auons *sic* dounei a nos escheuins et au commun de *Rodembourg* deuant dis / ces pre-

[a] In Vidimus: *li tonslieu*. [b] Vid. *la ville*.

presentes letres seelees de nostre seel · ki furent donees en lan del Incarnation nostre segneur Jħu Crist / M · CC · soissante et wit len demain dou iour S. Leurent. A. 1268. d. 11. Aug.

* * *

Appendet ex filis sericis rubri coloris Sigillum integrum et contrasigillum Comitissae MARGARETAE oblongum, eadem quae VRED. *Sig. Com.* p. 36.

Exstat eiusdem Chartae *Vidimus* in iisdem Archivis n°. 73. VEDASTI *Abbatis Mon. B. Marie de dulci valle* a. 1421. d. 28. Aprilis, cum Sigillo; necnon antiqua Versio Belgica in Registris Aardenburg.

(1) Meminit huius etiam Privilegii D'OVDEGHERST *Chron. de Flandr.* Chap. CXII. fol. 185.

N. CCLX.

FLORENTIVS V. Com. Holl. pactum init cum ALEIDE Hannon., Tutrice olim sua, super portione sua hereditaria in Hollandia. A. 1268. d. 24. Oct.

A. 1268. d. 24. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 334.

(MIERIS *Charterboek* D. I. bl. 347.)

WY FLORENS Grave van Hollant ——— ———

——— ——— ——— ——— ——— ——— ———

——— — soe hebben wy dit gesegelt met onsen zegelen, ende gebeden *mynen Heere* GUIDEN *Grave van Vlaenderen*, ende *Marchi van Namur*, — — die alle hier over waren, dat si hier aen hanghen hare segele metten onsen. ——— ———

N. CCLXI.

N. CCLXI.

A. 1269. d. 1. Apr. WILHELMVS *Praepositus*, et Capitulum *S. Iohannis*, disponunt de administratione bonorum Ecclesiae et *Praeposturae* S. Iohannis.

A. 1269. d. 1. Apr.

Ad Excurs. VIII. p. 411.

(Ex Libro Rubeo S. Iohannis Traiect. fol. 113)

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Nos WILHELMVS prepositus sancti Iohannis in traiecto. decanus et capitulum eiusdem ecclesie vniuersis presentia visuris notum facimus quod ad cauendam et vitandam discordiam inter nos et nostros successores ex vna parte et capitulum ex altera super amministratione fratrum in prebendis ecclesie predicte maturo et prudenti habito consilio in hoc conuenimus quod tam nos quam nostri successores reseruatis nobis vsibus *archidyaconatus frisie* iurisdictionibus spiritualibus et temporalibus et prouisionibus ecclesiarum ad preposituram spectantibus ministerialibus et vassallis et obuencionibus ex eis prouenientibus eligemus vnum de fratribus et capitulum alium qui de reliquis bonis ad preposituram spectantibus videlicet *midrechd* · *marsemuene* · *hoglelant* · *wercunde* · *dolre super veluam* · *ede balgoge dolre super trentam* · *aluengchoue* · *lintfelt* · *bardinghoue* · *et quidquid* annone prouenerit de *vors* et de alijs bonis *preposture* fratribus prebendas plena-

plenarie ſtatutis temporibus nostro nomine amminiſtrabunt nec aliquod impedimentum in bonis prepoſiture et capituli fieri permittemus ſed diligenter nuncios prepoſiture et capituli pro poſſe et noſſe ſtudebimus promouere · et quicquid ſupercreuerit de bonis prepoſiture nobis fideliter reſeruabunt · Si vero in dictis bonis defectus fuerit *prepoſitus* ipſum non ſupplebit niſi quantum de *ſparinga* ſuppleri poterit · propterea prepoſitus *nullum iudicem* in Iurisdictionibus *ſecularibus* inſtituet qui dampnoſus ſit eccleſie nostre · et *nulli militi* habitationem *in vors* concedet · Item prepoſitus ibidem *in vors* habebit ligna ad comburendum in domo clauſtrali et ad edificandum in bonis eccleſie et non expenſas · et ſi ibidem fuerint glandes prepoſitus habebit decem porcos ibidem impinguandos et in *alijs foreſtis* eccleſie viginti · quandocumque ligna *in vors* fuerint ſecanda · prepoſitus vnum de fratribus quemcunque voluerit · et capitulum alium eligent de quorum conſilio et prouidentia ligna fideliter ſecentur · et quidquid de pretio lignorum prouenire poterit dicti duo fratres ad hoc electi fideliter conſeruabunt · et conſilio prepoſiti et capituli redditus inde comparabunt · quorum medietas cedet capitulo · reliqua vero medietas ad prepoſituram pertinebit · vt tam de hac medietate quam de alijs prepoſiture bonis prepoſitus fratribus liberius valeat miniſtrare · de alijs vero bonis omnibus eccleſie poſſeſſis et poſſidendis capitulum pro ſua voluntate ordinandi ſiue disponendi liberam ha-

A. 1268. d. 24. Oct.

A. 1268. d. 24. Oct. beat facultatem · · Hec omnia et singula premissa nos tactis sacrosanctis in altari sancti Iohannis iurauimus obseruare · et si secus fecerimus nos periuros nos recognoscimus presentium nostrarum testimonio litterarum · et sigilla domini AMILIJ · decani Maioris ecclesie · et domini STEPHANI · decani sancti petri prelatorum traiecten / dominj GHISELBERTI *de buscho* sancte marie · et dominorum HVBERTI et HENRICI HVGONIS sancti petri canonicorum Traiecten petiuimus apponi in huius facti nostri perpetuam memoriam et munimen ·

Datum in crastino petronille virg anno domini M° · CC° · sexagesimo nono ·

N. CCLXII.

A. 1269. d. 5. Apr. MARGARETA Comitissa Flandr. et Hannon. confirmat Abbatiae de *Camberona* insignes Possessiones Terrarum apud *Hulstam* in *Flandria*, imprimis apud *Stoppeldijk*, cett. (1)

A. 1269. d. 5. April.

Ad Excurs. VII. p. 145, 210.

(Ex Apographo Authentico in Curia Feudali Flandriae, quae est in Zeelandia.)

Vniversis presentes litteras inspecturis, MARGARETA *Flandrie*

(1) Hanc Chartam, quam nonnisi mutilam et ex dimidia tantum parte edidit POPPENS *Supplem.* MIRAEI *Opp. Diplom.* T. III. p. 602. integram hic ex Apographo Authentico exhibere operae pretium duxi. Quae fuerit ratio, cur integra edita non sit, aliis disquirendum relinquo.

drie et *Hainoie Comitissa* salutem. [*Habentur reliqua, exceptis his variantibus, in* FOPP. *Dipl.* T. III. p. 602.] A. 1269. d. 5 Apr.

p. 602. a. l. 12. vacantes sint per exempla. --	l. vacantes sibi per bona opera et aliis proficiant per exempla. Quapropter
b. l. 3. et Vtdico.	l. et de Vtdico.
l. 11. collationis habitata.	l. collationis herbata.
l. 12. quae tantum.	l. que tunc
l. 12. et desuper inter nos.	l. et super hiis inter nos
l. 15. paciorum.	l. paci eorum.
p. 603. a. l. 2. concess. et donav.	l. concessimus, donavimus et tradidimus.
l. 4. possidet.	l. possident.
l. 5. Omnem terram, quam *super mare* acquisierunt in Officio de *Hulst* et de *Axele*. [Recte,]	
l. 11. quae vocatur et	Absunt
l. 14. aqua 460 mensuras.	l. aqua quingentas sexaginta novem mensuras parum plus vel minus
l. 15. aqua 180 mens.	l. aqua Ducentas viginti tres mensuras parum plus vel minus

A. 1269. d. 5. Apr.

l. 17. 78 menſuras.	l. Octingentas triginta quinque menſuras parum plus vel minus.
l. 18. 215.	l. Ducente et quinquaginta menſure parum plus vel minus.
l. 19. Strepiae.	l. Stripie.
l. 20. mens.	l. adde: parum plus vel minus. et l. 21.
l. 21. propter.	l. preter.
l. 23. 32. mens.	l. Item triginta et duas mens.
l. 23. Guill. de ſeninghem — menſur.	l. Wilh. de Skinghe octo quoque menſur.
l. 25. Raboldo.	l. Rabboldo.
l. 27. Item quod ex.	l. Item ex.
l. 29. bonaria.	l. boneria.
l. 33. cum barmis eorum -- Oxneſſe.	l. cum barmis eorum continentes nonaginta menſuras parum plus vel minus, nec non et utdicum extra Oxeneſſe.
l. 35. vocatur h. B. et Bl.	l. vocatur herbiertſant et Bloumeſant.
l. 36. eidem.	l. Eisdem
l. 40. praedictis Abbati et C.	l. pro dictis Abbate et Conventu

p. 603.

p. 603. b. l. 1. Bong. — l. Bougart et via de Hulst que ducit apud Hulſterlo ibi cadit -- A. 1269. d. 5. Apr.

l. 4. ſequitur -- -- -- [ſupplenda hic ſunt ex MS. Authentico:]

De numero autem horum ſexaginta boncriorum extat quedam portio mori * continens quinque menſuras et dimidiam et triginta quinque virgas et dimidiam, que utique portio incipit a fronteria *Camberonenſium* ſuperiori extendente ſe uerſus *Hulſterlo* usque ad morum quem dicti *Camberonenſes* tenent ſupra fronterias tam ſuas quam ſecularium incolarum. Et continet illa portio mori tinginta tres virgas et duos pedes ex illa parte, ſcilicet inferiori que frontariis occurrit *Camberonenſium* predictorum et hec est in parte illa latitudo. A ſuperiori autem parte verſus *Hulſterlo* continet triginta duas virgas et dimidiam et hec est alia in parte oppoſita latitudo. Perro a latere alio verſus *le Groude* tenet quinquaginta tres virgas in altitudine et tres pedes. Iu alio autem latere verſus *le Clinkeſtrate* tenet quadraginta novem virgas et dimidiam in altitudine. Morus vero qui ſupra dictam portionem et etiam ſupra frontarias iacet ſecularium vicinorum ex uno latere verſus *le Groude*, et ex alio verſus *le Clinkeſtrate* utrimque per ſingula latera continet in altitudine Ducentas et decem virgas. Eiusdem quoque mori pars inferior verſus frontarias tam dictorum *Camberonen̄* quam aliorum ſecularium habet in latitudine Ducentas ſexaginta

* Belg. moer, terra paluſtris, paludoſa.

A. 1269. d. 5. Apr. ta decem et novem virgas et duos pedes tantumdem nichilominus habens a superiori parte in latitudine versus *Hulsterlo*. Infra totam autem prefato mori quantitatem in latitudine scilicet eius que summatim continet ducentas sexaginta decem et novem virgas et duos pedes. Novem nobis vias duximus retinendas, quarum quelibet latitudinem debet habere trium virgarum tali dimensione proportionaliter observanda, quod inter singulas duas vias erit interstitium parum plus vel minus quam circiter viginti et quinque virgarum. Alia autem viginti boneria mori, que de supradictorum octoginta boneriorum computatione supersunt iacent iuxta villam de *Westehuse* satis prope domus WILLELMI *Clerici* a superiori parte frontariarum hominum secularium. Et ista viginti boneria mori comprehendunt in latitudine centum et viginti tres virgas, a parte inferiori ante frontarias secularium incolarum; a superiori autem parte habent in latitudine centum et viginti quatuor virgas versus *Baudelo*. Et ab alio latere versus *Axele* habent in altitudine centum quaterviginti et tredecim virgas · a latere autem versus *Hulst* in altitudine centum et viginti sex virgas. Sed et infra pretaxatam summam istorum viginti boneriorum mori in latitudine scilicet eius que inferius continet centum et viginti tres virgas et superius centum et viginti quatuor virgas retinuimus nobis quatuor vias quarum quelibet extensionem trium virgarum habebit in latum. Hoc similiter observato quod inter singulas duas

duas vias circiter viginti quinque diſtantia ſit virgarum. Omnes A. 1269.
autem iſtas vias predictas ea potisſimum retinuimus ratione, ut d. 5. Apr.
a frontariis hominum ruralium posſit haberi accesſus ad morum
nostrum qui altius ſuperiacet quam *Camberonenſium* ſupradictus.
Morus prefatus dictis *Camberonenſibus* in duabus petiis delibera-
tus ſicut ſuperius est premisſum octoginta tamen debet bone-
ria continere, hoc ſalvo quod vie ille, quas ibi modo predi-
cto retinuimus faciendas, de nostro proprio moro et fundo de-
bent fieri et asſumi. Nec de numero erunt dictorum octogin-
ta boneriorum. Morus autem qui pro dictis *Camberoñ* delibe-
ratus est Abbati et Conventui de *Dunis* viginti tamen debet
boneria continere. Sane nobis et ſucceſſoribus nostris retine-
mus omnes alios *iactus maris* futuros extra prefatos dictorum
Camberoneñ *utdicos* et omnem terram que extra terras predictas
decetero per alluvionem vel per iactum maris ſeu per dicatio-
nem ſive alio modo *ſuper mare* acquiri vel excreſcere poterit in
futurum niſi in acquiſitione predictorum nostram voluntatem
adhibuimus et asſenſum. Excepto quod ſi dicti *Vtdici Her-
biertſant* * et *Bloumeſant* usque ad priſtinam recreſcerent quan-
titatem, in ius et posſesſionem cederet dictorum Abbatis et
Conventus de Camberone; qui videlicet Abbas et Conventus
hec omnia prenominata tenent et inperpetuum tenebunt de no-
bis et heredibus nostris *Comitibus Flandrie* ſub annuo cenſu
duarum *marcharum Flandreñ* nobis et heredibus nostris predi-

ctis

* Fopp. *Het Bierſand*, ut ſupra.

A. 1269. d. 5. Apr. ctis annis fingulis ad duo pagamenta fcilicet in purificatione beate Marie et in nativitate Sancti Iohannis Baptiste folvendarum. In predictis autem omnibus nobis et heredibus nostris predictis omnem tam *Altam* quam *Basfam* retinemus ubique *justitiam.* Excepto quod curtis eorum *de Stoupedich* ea femper libertate gaudebit qua cetere Curtes Ordinis Cyftercien̄ in terra nostra gaudere confuerunt. Adiciendum infuper cenfuimus ad predicta quod iura omnia que dicti Abbas et Conuentus de Camber̄ habent in *molendinis* de *Hulst*, de quibus per nostras litteras funt muniti, nec non et quidem alia, de quibus certum cenfum annuum reddere nobis folent, prout in nostris *Brevibus* poterit inveniri ipfis *Camberonenfibus* imperpetuum volumus esfe falva. Novem etiam menfuras centum viginti et fex virgas terre iacentis in polro, quod ultimo dicatum est infra *Havene* inter *Hulst* et *Stoupedich* quam terram in dicta quantitate prefati *Camberonenfes* emisfe dicuntur ab *Arnulpho de Dorpe*, nec non et decem lib. annui redditus quas ipfi quoque in dicto Officio *de Hulst* legitime ut dicitur a diverfis acquifiere perfonis, nos eisdem religiofis quantum ad nos pertinet *tanquam Terre Domina* fine iuris alieni preiudicio confirmamus.

p. 603. b. l. 14. Namurcenfis.	l. Namucenfis. et Guido, non Guydo.
l. 21. contigerit, fupra dicta.	l. contigerit fupradicto,
l. 24. concedo.	l. et concedo.

l. 27.

l. 27. prenominatam Kariss. dominam Matrem meam -- A. 1269.
l. 36. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo sexagesimo d. 5. Apr.
nono, nonas Aprilis (1).

* * *

(Subscribitur:)

Cette Copie est conforme à son Original administré et reliré par Dom MAUR MENAGE, collation en faite par le sousigné Greffier de l'Abbaye de Cambron aiant battonné les cincq mots de la septantieme ligne par erreur du Copiste ce 25. Iuillet 1772.

I. E. DE GLARGES.
S. Maur Mesnage.

(1) Exstat penes me Apographum alterius Chartae *Margaretae* Com. Flandriae, qua; quam vendidit Abbatiae *de Cambron*, terrae *de Riedich* in Officio de Hulst, per *Balivum Vrbis Gandensis* et *IV. Officiorum* traditae, magnitudinem post factam dimensionem declarat confirmatque, data a. 1273. M. Maio. Verum ne huius *Codicis Diplomatici* volumen in immensum crescat, hoc et multa alia eiusmodi Documenta omittere cogor.

N. CCLXIII.

FLORENTIVS Comes Hollandiae declarat, quotam petitionis A. 1269.
suae partem Dynasta de Voorn acciperet in *Zeelandia*. d. 4. Iul.

A. 1269. d. 4. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 335.

(MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 349. ex A. MIRAEO *Opp. Dipl.* T. I p. 437. aliisque.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie* -- — recognoscimus, quod

A. 1269. d. 4. Iul. dilectus et fidelis noster Dominus ALBERTVS *de Vorne*, et sui succesfores, Domini *de Vorne*, recipere posfint et debeant pro iure, ipsos contingente, octavam partem ex Occidentali parte Scaldiae, et quintam partem ex Orientali parte eiusdem *Scaldiae* in *Zelandia*, omnium precariarum, quae nobis et heredibus nostris praedictis, *Comitibus Hollandiae*, aut eorum uxoribus, ratione nuptiarum seu matrimonii contrahendi in dicta *terra Zelandiae*, pro tempore futuro, a data litterarum deinceps conferentur. —— —— ——

(1) Non dedit hic *Florentius* Vornae Dominus partem suam ex omnibus precariis sibi debitis, sed tantum ex iis, quae ratione nuptiarum Comitum conferrentur; quod hic probe notandum. Observa quoque *Florentium* loqui de terra sua *Zeelandiae*, etsi hactenus tantum se *Hollandiae Comitem* scribat.

N. CCLXIV.

A. 1270. d. 4. Maii. FLORENTIVS V. Comes Holl. centum terrarum Mensuras in *Westerzubbarch* ab omni petitione eximit.

A. 1270. d. 4. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 204. *et* 335.

(Ex Originali Charta, sed mutila in secretis Archivis Camerae Ration. Zeeland.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie* vniuersis presentes litteras inspecturis salutem. Cum PHILIPPVS *Flandrens. et Virom. Comes* · et cognatus suus FLORENT. *Comes Hollandie* Ecclesie beatae *marie* de *middelborgh* quadringentas mensuras terre secundum

dum mensionem . . . . . ci mensoris *zelandie* ab omni exactio- A. 1270.
ne liberas contulerint' et dicta Ecclesia ex dictis quadringentis d. 4. Maii.
mensuris terre centum mensuras quas habet in offitio de *wester-ſubborgh* hactenus nomine dicte libertatis liberas retinuerit' cum tamen *ſculteti* dicte ville pro eo quod dicte littere locum predictum denominate non exprimunt totiens · dicte ecclesie de facto, licet de iure non poterant obuiauerunt in hoc casu nos leti et grati dicte ecclesie intendentes et dictorum *ſcultetorum* intellectibus quos male pretenderant in hac parte obuiare volentes, dictas centum mensuras terre quas ipsa ecclesia predicta habet in dicto offitio de *westerſubbg̃.* non obstante quod dictus locus in dictis litteris non sit expressus liberas deinceps ab omni exactione modo concedimus supradicto · et eam quo ad dictas mensuras centum dicta gaudere volumus libertate · mandantes vniuersis scultetis dicti offitii qui pro tempore fuerint et districte preci . . . . nullam exactionem de dictis centum mensuris prout dicta exactio nos contingit recipiant extors . . . . econtra fecerint · ijdem sentiant offensam nostram se grauiter incursuros · In cuius r . . . . mus communiri · Datum apud *middelborgh* · Anno domini · millesimo . . . . (1) dominicam qua cantatur iubilate.

* * *

Sigillum periit.

(1) Periit etiam vetustate pars Chartae, imprimis ubi *annus* habetur, sed in dorso adiicitur manu vetusta MCCLXX.

N. CCLXV.

A. 1271. d. 1. Iun.

FLORENTIVS V. Com. Holl. confirmat instituta Fraternitatis *Mercatorum* Middelburgensium.

A. 1271. d. 1. Iun.

(Ex Apographo Authentico in *Registro Pergameno* n°. 4. fol. 10. vs°. in Archivis Medlob. Verbis. Habetur satis accurate apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 356. exceptis iis quae dedi.)

IN NOMINE PATRIS et filij et spiritus sancti Amen. NOS FLORENCIVS COMES *hollandie* concessimus hec instituta -- --

MIER. calciariorum.	l. calciatorum.
MIER. Mercenarius etiam	l. Marcator eciam
MIER. corn. cum dictis.	l. cornua cum caudis dictis

Quicumque duas marcas *hollandie*, uel amplius valens, de foro ad forum attulerit *ex parte orientali der mase*, *uel ex parte occidentali der* ZWENE *terra Flandrie excepta*, debet hansari.

N. CCLXVI.

A. 1271. d. 18. Iul.

ALBERTVS Dynasta de Voorn et Zeel. Castellanus FLORENTIO Hannonio opem promittit, excepto Terrae Domino, FLORENTIO V.

A. 1271. d. 18. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 535.

(MIERIS *Charterboek* D. I. bl. 358.)

N. CCLXVII.

N. CCLXVII.

Capitulum s. IOHANNIS Traiect. concedit pacto seu censu annuo domum et aream de Scarlaken sitas in urbe Traiecto sub variis conditionibus (1). A. 1272. d 11 Mart.

A. 1272. d. 11. Mart.

Ad Cod. Diplom. p. 198.

(Ex Originali in Archiv. Capit. S. Iohannis Traiect. cui in dorso: *de domo et area in Scaerlaken.*)

IACOBVS deí gratia *decanus* et *capitulum* ecclesie sancti Iohannis traiecten̄. vniuersis christi fidelibus presentia visuris vel audituris Nōtum facímus · quod nos de domo et area sitis in *traiecto* · Inter *Niwenhus* ex vna parte et domum *damaleydis* ex altera · Cuius aree superior medietas ad nostram ecclesiam pertínet · dictam superiorem medietatem dicte aree contulimus ARNOLDO dicto *pandekín* · ABRAHE *de Cumpestelle* IOHANNI filio dn̄i IACOBI de *cumpestelle* · et GODEFRIDO de *foro piscium* ciuíbus traiecten̄ conseruatoribus · sub annuo pacto duarum librarum traiecten̄ legalium denariorum nobis índe soluendorum · De quibus nobis annis singulis una libra soluetur in natiuitate sc̄i Iohannis bapti-

(1) *Conditionibus*] Exstat haec Charta per formam *Cyrographi* scripta literis in superiore Chartae parte inversis; quae hanc sententiam produnt: *In nomine sancte et indiuidue trinitatis · ora pro nobis beate Iohanes baptista amen.* Vid. TAB. IV. n°. 6. ad pag. 198.

A. 1272 d. 11. Mart

baptiste · et alia libra foluetur nobis in natiuitate dn̄i fubfequente · Ita quod infra octauas facta fit hec folutio · Alioquin elapfo termino quilibet ex eis non foluens proportionaliter fuam partem extunc cadet a pacto ipfum contingente · Et illa pars fic vacans ad liberam ordinationem nostre ecclefie libere reuertetur · Et fi aliquem predictorum ciuium interim mori contingerit · tunc fua pars dicte medietatis aree ad filium quem ipfe pater ad eam nominauerit diuoluetur · Et fi nullum filium ad eam nominauerit · tunc dictam partem fenior filius fuus posfidebit · Qui acquiret eam pro vna cifta cum tredecim denariis anglien̄ legalium denariorum de nostro capitulo post obitum patris fui infra menfem · et qui partem duas ciftas continentem habuerit · acquiret eam cum fex denariis et viginti denariis anglien̄ legalium denariorum. Ita quod femper quelibet cifta fiue quilibet locus cifte pro tredecim denariis anglien̄ a quolibet acquiratur · Et fi fenior filius · vel heres proximus denominatus post obitum patris infra menfem partem fuam non acquifierit de nostro capitulo ficut est predictum extunc cadet a pacto · Et dicta pars fic nobis uacans ad liberam ordinationem nostre ecclefie libere reuertetur · Si etiam quocumque cafu in toto vel in parte quantum nos contingit eadem domus perierit · predicti ciues eam reftaurabunt fuis laboribus et expenfis · Et fi dicta area vacua fiue nuda iacuerit · nichilominus prefati ciues vel eorum heredes ad quos medietas predicte aree ficut est

pre-

predictum fuerit deuoluta nobis de pensione integra annis sin- A. 1272.
gulis respondebunt· Et si contingat nos · vel predictos ci- d. 11. Mart.
ues · aut eorum heredes dictam superiorem medietatem dicte aree vendere seu commutare · tunc offeremus eam primo ad inuicem et pro equali pretio seu commutato nos ad inuicem aliis preferemur· Ipsi vero possessores per aliquam alienationem a nobis factam maiori non grauabuntur pensione· Et quicumque dictam aream ement in posterum seu commutabunt· Illi acquirent eam cum vna libra traiecten̄ legalium denariorum de nostro capitulo prelibato· In cuius rei memoriam et facti euidentiam *cyrographum* dictarum conditionum fieri fecimus et sigillis nostri capituli et ciuitatis traiecten̄ communiri·

Datum anno incarnationis dominice · Millesimo · ducentesimo · septuagesimo secundo · feria sexta ante festum beati Gregorii pape·

* * *

Appendent 2. Sigilla, cerae viridi impressa.

1. Capituli s. IOHANNIS *Bapt.*

2. Vrbis Traiect. *Burgum*,

··· GIL ········ ITATIS TRAIECTI.

Contrasigillum.

✠ CONTRASIGILLVM · CIVITATIS: TRAIECTn̄.

N. CCLXVIII.

N. CCLXVIII.

A. 1272. d.30. Maii. FLORENTIVS V. mandat FLORENTIO de Hannonia regimen totius Terrae *Zeelandiae* vice sua exercendum.

A. 1272. d. 30. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 366.

(Ex Archiv. Hannon. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 362.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie*, —— —— quos nos -- -- FLORENTIO *de Haynnonia*, dilecto fideli consanguineo nostro regimen totius *terre nostre* et Hominum ex orientali parte *Scalde* et occidentali totius *Zelandie* cum plena auctoritate et omnimoda iurisdictione nostra commisimus in omnibus et per omnia et vices nostras gerendas -- -- -- salva nobis in omnibus et per omnia hereditate nostra, quam vendere vel permutare vel alienare non potest, nec etiam homagia —— ——

N. CCLXIX.

A. 1272. d.25. Sept. THEODERICVS Dominus de Teilinge promittit consilio et auxilio adiuvare ALEIDEM Hannoniam.

A. 1272. d. 25. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 337.

(MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 364.)

Ego THEODORICVS *Dominus de Teylinghe*; notum facio universis, quod pura fide promitto illustri Dominae meae, Dominae

minae ALEIDI *de Hannonia* astare omni consilio et auxilio, et promovere in agendis illustris *Domicelli* mei FLORENTII *Comitis Hollandiae.* ——— ——— ——— ——— Laborabo bona fide, quod concordia et amicitia permanebunt inter Dominam meam et Comitem antedictum —— —— A. 1272. d. 25. Sept.

(1) ALEIDIS, quae Dynasta sive DERICO Feudum quoddam dedisse, Domina *Schiedamensis* erat (vid. MIERIS D. I. bl. 352.) videtur huic THEO- unde hanc *Dominam suam* vocat.

N. CCLXX.

Declaratio OLIVERI et PETRI, Presbiterorum in *Ossenesse* et *Hontenesse*, de bonis Abbatiae *Baudeloënsi* concessis. A. 1272. d. 16. Dec.

A. 1272. d. 16. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 115.

(Ex Originali in Archivis Abbatiae de Baudeloo, Gandavi. In indice Archiv. C. I. *Hontenesse.* 1272. nº. 1.)

Vniuersis presentes litteras visuris OLIVERVS *de Hossenesse* et PETRVS *de Hontenesse* presbyteri salutem in omnium saluatore Vniuersitati vestre presentium tenore fieri volumus manifestum quod IOHANNES nominatus HIJSMAN corpore validus et mentis compos coram nobis et personis aliis secularibus et religiosis omnia bona sua tam mobilia quam immobilia monasterio *de Bodelo* in puram elemosinam confessus est se donasse, que bona omnia idem monasterium dicti IOHANNIS

A. 1272. d. 16. Dec.

duobus filiis modo ſimili reddidit hac addita conditione quod ijdem filij duo post mortem patris ſui de dictis bonis ſic ſibi erogatis antedicto Monaſterio *de Bodelo* · quindecim · ſolidos · ſlandr̄ perpetui redditus ſoluerent omni anno jnterim dicti pater et filii quoniam attenuati et uexati nimia paupertate coacti ſunt vendere (1) dicta bona/ Ego OLIVERVS *de hosſenesſe* presbyter ea emi perſolui usque ad centum · ſolidos flandr. / quos ſoluere rennuj (*ſic*) quousque declaratum esſet/ quis monaſterio de *Bodelo* ſolueret annuos redditus ſicut in litteris vener. patris domini · · (*ſic*) abbatis de *Bodelo* ſuper hoc confectis plenius continetur tandem nos de *hontenesſe* et de *hosſenesſe* presbyteri cum ipſo IOHANNE ad ſepedictum monaſterium perſonaliter accedentes/ dominum · · abbatem et ſuos prece humili pro ipſo et cum ipſo ut potuimus rogaturi quatinus ſic penuria nimie attenuato miſerti condeſcenderent et ſummam reddituum antedictam · aliquantulum relaxarent, qui ut viri ſancti patrem miſericordiarum quem ſemper habent prae oculis honorare volentes eius intuitu et interuentu nostro dictam ſummam reddituum usque ad duos ſolidos · ſterlingorum affectu pijsſimo diminue-

(1) *Vendere*] Procul dubio hi homines erant ex claſſe *ingenuorum*, qui per varia fata maiorem vel minorem ordinis gradum postea conſtituerunt, partim nempe Nobilium deinde ordinem confecerunt, partim ſine ulla honoris praerogativa permanentes, et paupertate interdum presſi, cum reliquis plebeii ordinis hominibus paullatim coaluerunt. Quae obſervatio quantivis est momenti ad recte intelligenda multa diverſorum civium iuſa, gradus, et ordines; et unde facile

minuerunt Quos duos solidos sterlingorum / Ego OLIVERVS de *bosseneſſe* presbyter dicto monasterio soluere teneor annis singulis in festo sancti remegij hac apposita conditione / · · · tot redditus dum comperauere in tuto et securo loco / et sepedicto monasterio concedo immo eos vel coram certum autm̄ introdu · · · *secundum legem patrie*, a solutione dictorum reddituum omnimodo liberabor · In horum omnium testimonium et munimen presentes litteras appensionibus nostrorum signauimus sigillorum · Datum anno Domini M / CC / LXX / secundo feria sexta post Lucie. —— —— A. 1272. d. 16. Dec.

* * *

Appendit unum Sigillum; periit alterum.

cile solvi potest nodus ille, qui scriptores nostros Hollandos circa differentiam *Nobilium* et *Welgeborenen* occupatos tenuit. Scripsit de his S. VAN LEEVWEN in libello, cui titulus: *Oorsprong en recht der Welgeboren Mannen* 4°. nec non in *Batav. Illustr.* bl. 339. seq. sed eaedem illae, quas adfert, Chartae, ipsum redarguunt, errorisque convincunt. Quod fusius alibi. Cf. p. 772. (1)

N. CCLXXI.

FLORENTIVS V. Comes Holl. vendit Abbatiae Mediob. duas hevinas Officii sive *Ambachtsheerlijkheid* iacentis in Officio de *Oostcapelle in Walacria*. A. 1273. d. 29. Aug.

A. 1273. d. 29. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 329. *not. et* 337.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. xxxiiii. vso. in Archivis Camer. Ration. Zeel. Loculo 116-117.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie* vniuersis presentes literas inspecturis salutem et noscere veritatem. Cum ex humanae con-

A. 1273. d. 29. Aug. conditionis fragilitate et lapſu temporis diuturnj a memoria hominum ſepius elabuntur ea que ad noticiam poſterorum neceſſario deducenda ſunt tamquam perpetuo duratura niſj ſcripturis authenticis roborentur. Nos ea que inferius exprimuntur commendare dignantes ſcripture, quc geſtorum eſſe ſolet optima preſentatrix, Notum facimus inſpecturis eandem, quod nos vendidimus vires religioſis dilectis nobis in Chriſto Abbatj et Conventui Eccleſie Beate Marie in *Middelburgh* duas *heuinas Officii* iacentis in *Officio de Oestcapplen*, vel eo circiter, videlicet quod fuit WILLELMJ filij MOENS PETRI et WILMANNJ filiorum COSTINI, WIGONIS filij ALLICI, PETRJ *de Dumburgh*, et PETRI filii *Hannen*, quamlibet heuinam ex hijs pro quadraginta libris Louanien, de quibus nobis est plenarie ſatisfactum plenam warandiam contra quoſcumque prefatis Abbatj et Conventuj preſtiturj ita quod inſtituant fidelem *Scultetum* in ipſum *Officium* predictj Abbas et Conventus ſecundum voluntatem ſuam, donec duxerint reuocandum, et tunc alium *Scultetum* ponant quemcumque et quotieſcumque voluerint loco ſuj, quj tamen nobis jnfidelis et contrarius non exiſtat ceterum de heuina terre et dic*ta waran*dia*, inſuper et de quatuordecim menſuris terrae iacentis in *westſubburgh*, quas Dominus WILLELMVS *Rex Romanorum* pater noſter ab omnj *petitione*, *tallia* ſiue quocumque *genere* exactionis quae terris imponj *ſolet aut potest*, et ab *expeditione* quam appellamus vulgarj

* *haec lacera legi non poterant.*

garj nomine *Hereuart* absolvit et liberas et solutas totaliter in A. 1273.
perpetuum ab huiusmodi grauaminibus esse concessit, ita quod d. 29. Aug.
decreuerit illas terras nullis *legibus Sculteторum* in quorum iacent *officijs* subiacere concedimus prenominatis religiosis et volumus sj *expeditionem* fierj ex parte nostra contingat quod ipsi ordinent et assumant viros ad expeditionem nostram secundum quod viderint expedire de heuina terre et dimidia iacentis in quinque *Officijs* ac in *Officio de Brigdamme*. Insuper de quatuordecim mensuris terre iacentis in *Officio de Westsubburch*, quos cum *Sculteto* suj Officij de *Oestcapple* mittent in expeditione nobiscum ita quod de ipsa heuina terre et dimidia Scultetj in quorum iacent Officijs se in nullo penitus intromittent (1). In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro et sigillis dilectae *Amitae nostre Dominae* ALEYDIS *de Haynon.* et FLORENTIJ filij suj nostri Consanguinej, fecimus communiri. Datum apud *Rijnsburgh* Anno Domini M°. CC°. Septuagesimo tertio, in die Decollationis Iohannis Baptistae.

(1) *Intromittent*] Nota morem. Non habentur liberi ab expeditione; sed in ea eximuntur a subiectione Sculteti.

N. CCLXXII.

N. CCLXXII.

A. 1274. FLORENTIVS V. Comes Holl. Abbatiam *de Lewenhorst* eximit ab omni inferiorum iudicum iurisdictione, confirmatque donationes ipsi factas a fundatoribus heredibusque.

A. 1274.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali in Archivis Abbatiae de Lewenhorst.)

FLORENTIVS *comes hollandie* vniuersis presentia visuris salutem et memoriam sempiternam· Quoniam ea que aliquando bone mentis affectu homines compromittunt' nonnunquam uoluntate mutata infringere moliuntur · vt remoueatur cuiuslibet dubitationis scrupulum vniuersorum declaramus noticie ex parte dilectarum in christo' *Priorisse* et *conuentus* monasterij beate virginis in *Lewenhurst* ordinis Cysterciē fuisse propositum coram nobis quod ARNOLDVS persona in *harlem* bone memorie et WOLWINVS frater eiusdem predia et possessiones in *Lewenhurst* et alia bona cum suis attinentijs · videlicet in parrochijs *de Nordeke · de kerkwerue · de lysse · de sassenem · de warmonde . de valkenborch · de vorscoten · de weteringhe · de Tolne · de officio de monstre · de heyligeloe · de maslant*. Iacentia pro sua et suorum predecessorum animarum salute dicto ordini sponte et hylariter contulerunt · et in *figura iudicij secularis* proprietatem eorumdem publice resignarunt· Postmodum vero idem

per-

persona laborans in extremis compos mentis predictam colla- A. 1274.
tionem ratam habuit et in testamento plura de suis addidit monasterio supradicto . tali conditione vt in dicto loco *Abbatissa et conuentus* constituerentur qui iugiter domino deseruirent · et sua et suorum predecessorum ibi in perpetuum memoria haberetur · Postmodum vero Dominus TH· *de sassenem* et FLORENTIVS fratres eorumdem ARNOLDI persone videlicet et WOLWINI in figura iudicij constituti collationem prefatam ratam habentes et gratam renunciauerunt omnj iurj siquod eis conpetebat vel conpetere videbatur in bonis superius memoratis ob spem retributionis eterne et suarum remedium animarum · Nos igitur ipsorum pium affectum in domino commendantes · dictum Cysterc . ordinem qui pre ceteris priuilegiatus esse dinoscitur fauore beniuolo prosequentes . dictam collationem *persone* et WOLWINI · et dictorum fratrum *resignationem* ratam habentes · dictum locum cum bonis sibi a deo collatis sub nostra protectione recipimus specialj jnhibentes districtissime sub obtentu gratie nostre ne quis personas ibi domino seruientes super hijs ausu nefario audeat molestare ·

Acta sunt hec presentibus ·

Domino · Th· de theylingen ·
Domina Clara · de Nordeke cum omni familia sua ·
Florentio de Tolne ·
Boldwino de Nordeke .

Th·

A. 1274. Th· de warmunde·

Florentio·dove·cum fratribus eius et alijs quam pluribus.

In huius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro et sigillis *nobilium* nostrorum· Videlicet

Dominj Th· de theylingen memoratj·

Domini Symonis de harlem·

Domini·Iohannis Persyn·et domini Arnoldj de hemskerke·

duximus communirj· Anno domini Millesimo·Ducentesimo· Septuagesimo quarto (1)·

* * *

Appendent ex quinque quatuor Sigilla ex filis sericis versicoloribus:

1. FLORENTIVS Iuvenis, avem manu gestans.

✠ S' FLOREN·······

2. THEO-

(1) *Quarto*] Insignis haec est Charta, nunquam quod equidem scio edita, quae omnem fundationis et fundatorum Nobilissimae Abbatiae *de Leeuwenhorst* historiam explicat. Habeo penes me omnes illorum fundatorum Chartas. Ex hac autem, et quae proxime sequitur Charta, patet, hoc tempore huius Abbatiae Praefectam simpliciter vocari *Priorissam*. ARNOLDVS autem ille et frater WALEWINVS filii erant Nobilis *Walewini de Alcmade Militis*, qui a. 1261. d. 14. Oct. bona sua in *Nordeka* et *Langeveld* contulerant in Eleemosinam, ut ex iis in alodio suo, in loco *Lee* vocato, Monasterium construeretur, commissa primum rei cura *Clarissae* Abbatissae Rijnsburgensi, deinde Abbatissae Sanctimonialium Vallis S. Mariae Traiect. a. 1263. d. 2. Ian. Diu tamen duravit, quod Monasterium ex Testamento Arnoldi construi coeptum absolveretur, lite exorta inter Abbatissam S. Mariae et *Florentium de Sassenheim* fratrem istius *Arnoldi*; quod docet Charta a. 1272. d. 30. Iun. quo anno nondum erat constructum. Sed has Chartas, quaeque plura huc spectant, alia exhibebo et explicabo occasione.



2. THEODERICVS *de Teilingen*, miles, gladio evaginato, triplici Scuto insignitus, in quo *Leo* cum lambello per collum: A. 1274.

✠ S': ThEODE · · · CI: · · · : TE · · · · · · LITIS·

3. Periit.

4. IOHANNES *Persyn*, miles, cum triplici Scuto, ut supra: his literis residuis:

✠ · · · · · · · M · IOhANNIS · PERSIN · · ; · · · IS:

5. ARNOLDVS *de Heemskerke*, nihil nisi ingens Scutum triquetrum, in quo *Leo*.

✠ S' ARNOLDI: DE EOMSKERKE MILITIS:

Dedi haec Sigilla in aes incisa TAB. XV.

N. CCLXXIII.

FLORENTIVS V. Comes Holl. mandat omnibus suis Balivis, ut novam Monialium constitutionem *in Lewenhorst* tueantur ac defendant. A. 127¾. d.21.Mart.

A. 127¾. d. 21. Mart.

Ad Chartam proxime anteced. p. 798.

(Ex Originali in Archivis Abbatiae de Leeuwenhorst.)

FLORENTIVS *Comes Holl* vniuersis *Balliuis* terre sue salutem et suam gratiam· Dilecte nobis in Christo · · · priorissa et Conuentus Nouellae plantationis *in Lewenhorst* . nobis conquerendo monstrarunt · quod quidam dei timore postposito manifeste et occulte indebite ipsas turbare et jnfestare non uerentur · bona ipsarum violenter arrestando· Cum igitur fraus et dolus neminj prodesse debeat sed obesse vobis sub optentu

A. 127¾. d.21 Mart. gratie nostre mandamus quatinus prenominatas · · · · priorisſam et Conuentum confidenter jn jure ſuo tuendo / contra violentiam omnium ſibi aduerſantium ex parte nostra potenter defendatis · ſcientes vero quod Nouellam plantationem ſepedictarum · · · priorisſe et Conuentus in *Lewenhorst* quam benigne fauore amplectimur a vobis ſpecialiter cupimus promóverj. Tantum inde facientes ut ex hoc vestram conſtancíam commendemus et fidelitatem ·

Datum apud *Albrechtsberghe* anno domini M° CC° LXXIIJ° jn die beati benedicti abbatis ·

* * *

Periit Sigillum.

N. CCLXXIV.

A. 1274. FLORENTIVS Comes Hollandiae inſignem init Confederationem cum Vrbe Traiectenſi, promittitque ex ea, ſe nullam concordiam cum alio Terrae Domino initurum ſine illa.

A. 1274.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali in Archivis Vrbis Traiect. Lade D. in pyxide no. 21.)

Nos FLORENTIVS *Comes Hollandie* notum facimus vniuerſis preſentes litteras viſuris quod nos communj terre nostre et ciuitatis traiectenſis vtilitate penſata de *Nobilium nostro-*

trorum consilio cum ipsis *ciuibus traiectensibus* et eorum fau- A. 1274.
tores* conuenimus in hunc modum · videlicet quod nec nos * f. fautoribus.
nec nostri dictis ciuibus traiecten̄ nec eorum fautoribus neque
infra limites ciuitatis neque terre traiecten̄ motu proprio vel
ad instinctum alicuius seu rogatum aliqua dampna vel grauamina inferemus nec inferri per nostros aliquatenus permittemus · intendentes cum ipsis quantum in nobis est amicabiliter concordare · et versa vice dicti ciues et eorum fautores non inferent nobis nec nostris infra limites comitatus nostri quantum in ipsis est aliqua grauamina siue dampna· Preterea nullas *confederationes* nec *concordiam* cum aliquo domino terre seu cum aliquo alio (1) inibimus per quas veniatur siue operetur contra formam conuentionis memoratam · et dicti ciues et fautores eorum id idem non facient versa vice· In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro · et sigillis nobilium nostrorum quorumdam videlicet

dominj theoderici de thelinghe·
dominj Willelmi de Brederode·
dominj theoderici de Wassennare·
dominj Nicholai de Cats militum·

et

(1) *Alio*] Spectare haec videntur ad dissensiones, quas Dominus de Amstel, adiunctis sibi Kennemariis, cum Vrbe Traiectensi exercebat. Historiam narrat WAGEN. *Vad. Hist.* D. III. bl. 11. sqq. Nisi potius ad Contentiones Gelricas referenda sint. Viderint alii.

A. 1274. et Willelmi de Egmunde fecimus communirj.

Datum apud *Leyden* feria quarta post diem jacobi et christofori beatorum. Anno dominj · millesimo · cc° septuagesimo-quarto.

* * *

Appendent sex sigilla egregie conservata.

1. FLORENTII Comitis, iuvenili facie cum ave,

✠ S' FLORENTII: COMITIS: HOLLANDIE.

2. THEODERICI *de Teilingen*, ut in Charta a. 1258. p. 746.
3. WILHELMI *de Brederode*, mutilum; Eques cum gladio et galea ac Scuto triplici, in quo *Leo* cum Lambello. Cum contrasigillo, itidem Scuto cum *Leone* lambellato; litt. fere evanidis.
4. THEODERICI *de Wassenare*; Eques cum galea cristata, et Scuto triplici, in quo tres trabes decussatae; his litt.

S: THEODERICI: DE WASSENARE: MILITIS.

5. NICOLAI *de Cats*, Scutum triquetrum, in quo animal scandens,

✠ S' NICHOLAI DE HADEWARTWOVDE MILITIS:

6. WILHELMI *de Egmond*, his litt.

S' WILH . . . . MI · · E EGMONTA.

N. CCLXXV.

A. 1275. d. 23. Mart. ALBERTVS Dominus de Vorne et Zelandiae Castellanus homines in suo Dominio commorantes, qui censum monasterio S. Bavonis debent, ab exactione melioris *Catalli* liberos declarat.

A. 1275. d. 23. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 336.

(Ex Originali cum Sigillo ex secretis Archivis Rev. Episcopi Gandav.)

A . . . *Dominus de vorne et zelandie castellanus'* vniuersis presen-

ſentes litteras jnſpecturis ſalutem et noſcere veritatem' Que A. 1275. d. 23. Mart.
Aguntur in tempore ne ab hominum labantur memoria Litterarum testimonio confirmantur' Hinc est quod ad noticiam vniuerſitatis vestre cupimus peruenire' quod nos libero arbitrio et voluntate propria omnes homines et eorum ſubſequentes ad ſanctum *Bauonem jure cenſuali* ſpectantes a quibus ad mortem ipſorum aut melius *pecus* (1) aut *vestem meliorem* pro dicto *cenſu ſumere* ſolebamus' a nobis et nostris ſucceſsoribus in nostro dominio commorantes quitos et ab omni exactione ratione cenſus ſancti Bauonis liberos proclamamus' promittimus enim fide preſtita omnia ſupradicta firmiter et inviolabiliter omni fraude ceſsante ut cristianus fidelis obſeruare preſentium testimonio litterarum' Hijs etiam interfuerant' perſone nominate ſubſequentes'

Dominus Theodericus miles noster avunculus.

Dominus Iohannes noster conſangwineus miles de Rieneſſe.

Costinus frater eius.

Dominus Bartholomeus capellanus noster.

Dominus Henricus presbyter de Vorne

Symon

(1) *Melius pecus*] Qui ſimpliciter legerit, quae V. D. DV CANGE *in Gloſſar. med. aev. ad* V. *Catallum* obſervat; eaque cum hac Charta contulerit; ſatis is de hac donatione et conditione hominum, qui *iure cenſuali* his in terris vivebant, iudicium ferre poterit.

A. 1275. d. 23. Mart. Symon Dodo et Nicholaus fratres.

Datum et actum in *Vorne* anno Domini M. CC. feptuagefimo quinto feria fecunda ante ramos palmarum.

* * *

Appendet in medio Sigillum rotundum Eques (cum Scuto ad pectus, in quo *Leo*) geftans manu dextra gladium adapertum.

Et contrafigillum cum Scuto triquetro, in quo *Leo*, cum circumfcriptione: *Contrafigillum.*

Prior circumfcriptio fere evanuit.

. . BVRGI . . . . VORN . . .

N. CCLXXVI.

A. 1275. M. Mart. MARGARETA et GVIDO Comites Flandriae confirmant Privilegia Communitati *de Muda* concesfa.

A. 1275. M. Mart.

* * *

Vide ad a. 1316. d. 14. Mart.

N. CCLXXVII.

A. 1276. d. 14. Ian. FLORENTIVS V. Comes Holl. concedit Nobilibus quibusdam Zeelandiae facultatem vendendi Abbati Medioburg. Feudum, quod ab ipfo tenebant.

A. 1276. d. 14. Ian.

Ad Excurs. VII. p. 329. not.

(Ex Antiquo Chartular. Abbatiae Mediob. fol. xxxix.)

FLORENC *Comes Hollandie* vniuerfis prefentes literas infpectu-

ſpecturis ſalutem. Nouerint vniuerſj quod nos dilectis in Chris- A. 1276.
to viris religioſis Domino *Abbatj* de Middelborgh et Conuen- d. 14. Ian.
tuj eiusdem eccleſie que in *Officio de Oestcapple* in decimis terris poſſeſſionibus et alijs bonis dotata exiſtit vt dictj Abbas et Conuentus omnimoda pace fruentes diuinj honoris cultum propenſius exequantur, eisdem licentiam dedimus comparandj quinque heuinas Officij in dicto *Officio de Oestcapple* ad opus Eccleſie ſuae in perpetuum poſſidendas que quidem Officia nunc a IOHANNE PAVLO NICHOLAO filijs MOENS et PETRO dicto SCAECK filio SCARFORDJ a nobis *iure feodj* poſſidentur, et ſj predictos dicta Officia dictis Abbatj et Conuentuj vendere contigerit et in manibus dictj Abbatis ea reſignauerint nostro nomine coram tribus *hominibus nostris infeodatis* a nobis dictam reſignationem eandem vim habere volumus, quam haberet, ſi *nostris* foret in manibus *reſignata*, et dicta facta reſignatione ab *homagio* nobis aſtrictos abſoluimus antedictos dantes potestatem prenominato Abbatj *inſtituendj* et *deſtituendj ſcultetos* jn dicto *Officio* gubernando ſecundum quod ipſi et eccleſie ſue videbitur expedire Jta tamen quod nos *obſequijs* et *juribus* hactenus nobis impenſis a dictis hominibus in dictis Officijs manentibus nullatenus defraudemur Ceterum in recognitione nostri *Dominij* ſoluet quilibet Abbas de nouo promotus nobis et nostris ſucceſſoribus de qualibet heuina comparata vigintj libras Turonen̄ ſecundum vſum et curſum nunc *monete Walacren.*

A. 1276. d. 24 Ian. *cren.* (1). In cuius rej testimonium presens scriptum Dictis Abbatj et Conventuj contulimus Sigillo nostro roboratum.

Datum ad *Albertj montem* in crastino Octau. Epiphaniae Domini anno Domini Millo cc°. septuagesimo sexto, mense Ianuario.

(1) *Monete Walacren.*] Nota locutionem *Monetae Walacrensis*, quae vix aliam interpretationem mihi habet, quam quod moneta in Walacriae Insula cusa sit. Notum autem est, Dominos Verenses sive *Opidi de Vera* in Walacria hoc monetae cudendae ius olim praetendisse. Qua de re alibi opportunior dicendi erit locus. Spectat ad hanc Chartam altera quae proxime sequitur a. 1277. M. Dec. ad quem annum ex stilo Francico etiam haec Charta referenda videtur.

N. CCLXXVIII.

A. 1276. d. 23. Iul. FLORENTIVS V. Comes Holl. liberat 200. mensuras Monasterii *de Bieselinge* in Zuidbevelandia ab omni scoto et exactione.

A. 1276. d. d. 23. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali cum Sigillo in Monasterio S. Victoris Antverpiae.)

FLORENT. *Comes Hollandie* vniuersis presentes litteras inspecturis salutem et noscere veritatem· Cupientes Monasterium situm iuxta *biselinghe* et personas in ipso habitantes ut adeo feruentius diuino officio insudare elaborent / gratia prosequi speciali! ipsum abhinc deinceps quo ad ducentas mensuras terre quas habet ad presens vel in posterum procurante domino adeptu-

adepturum existat ab *omni scoto annualis nostre precarie* duximus A. 1276. d. 23 Iul.
eximendum. Mandantes vniuersis et singulis *scultetis* in quorum officiis dicta terra iacet vt anunc in posterum nullum *scotum* ratione dicte *precarie* a dicto monasterio quo ad summam ducentarum mensurarum terre prout supra est expressum recipiant vel requirant· Verum ipsum monasterium predictum quo ad hoc liberum habeant et exemptum· In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum sigillo nostro fecimus communirj·

Datum apud *middelborgh* in crastino beate marie magdalene. Anno domini · millesimo · cc°· septuagesimo · sexto·

• • •

Appendet ex vittis pergam. Sigillum FLORENTII iuvenili facie, equo insidentis, cum avicula manu sinistra, his literis:

· · · · FLO · · nT · · · · · COMITIS: h

Huius Chartae exstant Vidimus duo,

1. *Domini Iohannis de Maelstede Militis*, *et Prioris fratrum Predicat. de Zerixe.* — Datum a. 1290. cuius superest Prioris Sigillum cerae albae impressum.
2. *Iohannis Comitis Hollandie Zelandie ac Domini Fresie — — Datum anno Domini · Millesimo · Ducentesimo Nonagesimo septimo · feria tertia post Laurentij·* cum Sigillo integro. Eques dextra gladium, in pectore Scutum Holland. et in duabus aliis partibus, galea cristata. Contrasigillum, Scutum Holland. his literis:

SECRETVM: IOhAnnIS COMITIS hOLLAnDIE·

N. CCLXXIX.

A. 1276. d. 28. Iul. FLORENTIVS V. Comes Holl. BALDVINO de Norteke donat quandam terrae portionem.

A. 1276. d. 28. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Libro MS. sive Descriptione Castri *Beekherst* 8°. fol. 18. ad Originale descripto.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie*, WILLELMO *de Egmunde* salutem. Cum nos BALDVINO *de Norteke* famulo nostro dimidiam *Hoevam* terre ad nos devolute ex morte CONRADI filii WEREMBOLDI et apud *Norteke* iacentis contulimus *ad proprietatis* titulum habendam: mandamus vobis quatenus ipsum in possessionem dicte terre inducatis et defendatis, nos- * f. *ab eo.* tra auctoritate inductum ob omnem* molestiam removentes, in hoc casu.

Datum feria quarta ante *Beati Petri ad vincula* anno Domini M. CC. LXXVI.

* * *

Appendet Sigillum FLORENTII Com. Holl. pro more; absque Contrasigillo.

N. CCLXXX.

N. CCLXXX.

FLORENTIVS V. Comes Holl. declarat, Abbatem Medio-burg. emisse ab Abbatia *Rijnsburg.* terras inter *Domburg* et *Oostcapellam.* A. 1277.

A. 1277.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie* vniuersis presentia visuris. salutem. Noueritis. quod viri Religiosi Abbas et Conuentus Ecclesie beate *marie* de *middelburg* comparauerunt quasdam terras inter *dumburg* et *oestcapple* iacentes in *walacria* erga dilectas nostras abbatissam et Conuentum *de Rinsburg* pro quadam summa pecunie in certis terminis prout in litteris dictorum abbatis et conuentus continetur persoluendas. Apponentes presentibus in testimonium sigillum nostrum ad petitionem predictorum. Datum anno dominj M°CC° septuagesimo septimo.

* * *

Appendet Sigillum Comitis adhuc iuvenis in equo cum avi, his litt.

✠ SIL . . . . . . OMIT . . . . NDIE.

(1) Quum ipsam *Venditionis* Chartam ineditam penes me habeam, nec non concessam ab Electo Traiectensi Episcopo *Iohanne* alienandi facultatem, et venditionis confirmationem a Flor. V. Com. Holl. factam, hic eas subiungere haud absonum duxi, quia temporis historiam et ritum illustrant.

N. CCLXXXI.

A. 1277. d. 20. Maii. IOHANNES Electus Traiectens. permittit *Conventui de Rijnsburg*, ut *Curtem* cum *suis pertinentijs* in Walacria Abbati Medioburg. vendat.

A. 1277. d. 20. Maii.

Ad Cod. Dipl. p. 811.

(Ex Antiquo Chartulario Abbat. Mediob. fol. xlix. vº.)

Vniuersis presentes literas visuris IOHANNES Dei gracia *Traiecten̄ Electus* salutem in Domino sempiternam, supplicarunt nobis religiose persone in Christo dilecte *Abbatissa* et Conventus Monasterij *de Rinsborch* nostre Dioces., vt cum jpse propter vtilitatem euidentem et alias justas causas quandam *curtem* cum *suis pertinentijs*, situm in Wallacria inter *Dumborch* et *Oostcappele* Abbatj et Conuentui Monasterij *de Middelborch* necesse habeant vendere siue alienare, alienationi seu venditioni huiusmodj consensum nostrum jmpartirj dignaremur; nos igitur earum supplicationibus inclinati, cum nobis ex virorum grauium testimonio constet, premissa veritate fulcirj, vt eadem Abbatissa et Conuentus dictam *curtem* cum suis pertinentijs dictis Abbatj et Conuentui libere vendere siue alienare valeant, concedimus et libere consentimus, auctoritatem nostram super hoc plenarie jmpendentes. In cuius Rej testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Da-

Datum Anno Dominj M. CC. LXXVIJ. feria quinta post penthecostes. A. 1277. d. 27. Maii.

N. CCLXXXII.

ALEIDIS Abbatissa Rijnsburgensis vendit Abbatiae Mediob. 234. Mensuras terrae inter *Dumburg* et *Oostcapelle*. A. 1277. M. Iun.

A. 1277. M. Iun.

Ad Cod. Diplom. p. 811.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. 1.)

ALEYDIS Dei permissione *Abbatissa* totusque Conuentus *de Rijnsborg*, vniuersis presentes literas inspecturis salutem et noscere veritatem. Nouerint vniuersi, quod nos de consensu venerabilis patris Dominj IOHANNIS Dei gracia *Traiecten Electj* propter vtilitatem euidentem et alias justas causas vendidimus dilectis nostris *Abbatj* et Conuentui Ecclesie *Beate Marie de Middelburgh* ad opus Ecclesie sue ducentas et triginta quatuor mensuras terrarum jacentium jnter *Dumburgh* et *Oostcapplen* a *petitione scoto* et *expeditione Comitis* que vulgariter dicitur *hervart* ac ab omni *exactione* liberas, quamlibet mensuram pro nouem libris Turon. *Walacr. monete* de qua Somma pecunie nobis est plenarie satisfactum, plenam warandiam contra quoscumque dictis Abbatj et Conuentui in perpetuum prestiturj. In cuius Rej testimonium presentibus sigilla nostra duximus apponenda.

A. 1277. M. Iun. Datum in *Rijnsborgh* anno Domini M. CC. septuagesimo septimo, mense junio.

N. CCLXXXIII.

A. 1277. d. 20. Sept. FLORENTIVS V. Comes Holl. confirmat venditionem ALEIDIS Abbatissae Rijnsburg. factam Abbati Mediob. 234. mensurarum Terrae inter *Domburg* et *Oostcappelle* (1).

A. 1277. d. 20. Sept

Ad Cod. Diplom. p. 811.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. 10.)

FLORENTIVS *Comes Hollan.* vniuersis presentes literas inspecturis salutem. Notum facimus, qued nos terram iacentem in *Walacria* in *Parochia* de *Oostcapple* inter Ecclesiam dictj locj et *Curiam* dictj Abbatis *de Middelborgh* que *Westoue* appellatur quam dilectj nostri Abbas et Conuentus *de Middelborgh* ad opus sue ecclesie comparauerunt contra *Abbatissam* et Conuentum Monasterij *de Rinsborgh* vsque ad ducentas et triginta quatuor mensuras terre vel circiter sub eisdem libertatibus per omnia et juribus sub quibus dicte *Abbatissa* et Conuentus *de Rinsborgh* eam a nobis et a nostris antecessoribus hactenus habuerunt et possederunt, predictis Abbatj et Conuentui *de Middelborgh* ac sue Ecclesie pro nobis et nostris successoribus libe-

rali-

raliter contulimus et tenore presentium conferimus possiden- A. 1277. d. 20. Sept.
dam. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communirj.

Datum in vigilia Beati *Mathei Apostolj.* Anno Domini M. CC. LXX. septimo.

N. CCLXXXIV.

FLORENTIVS V. Comes Holl. vendit Abbati Medioburg. Officia iacentia in Oostcapple cum facultate instituendi ac destituendi Sculteos. A. 1277. M. Dec.

A. 1277. M. Decembr.

Ad Excurs. VII. p. 329. not.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Medioб. fol. xxxix. vs. LI.)

FLORENCIVS *Comes Hollandie.* Vniuersis presentes literas inspecturis salutem in Domino. Magna nobis est diligentia laborandum pro religiosorum quiete quj tanto deuotius diuinis officijs sunt intentj quanto a potentium et malignantium insultibus minime molestantur: hinc est quod vniuersis volumus esse notum, quod officia IOHANNIS *f.* MOENS et IOHANNIS *dicti* KERMISSE videlicet *heuinam* vel eo circiter iacentia in *Officio de Oestcapple* comparata a nobis cum *munitionibus*, *submunitionibus*, et *fundis* suis pro ducentis Lib. Turon. concessimus dilectis nostris *Abbatj* et Conuentuj beate Mariae in Middelb. que in dicto *Officio de Oestcapple* magis in possessionibus

est

A. 1277. M. Dec. est dotata pro ſumma pecunie memoratae · ad opus Eccleſie ſuae in perpetuum libere posſidenda, et de ipſa ſumma pecuniae eſt nobis et dictis IOHANNI et IOHANNI plenarie ſatisfactum, ac ad plenam *warandiam* predictorum bonorum contra quoscunque nos et nostros ſuccesſores tenore preſentium obligamus, dantes dicto Abbatj potestatem *inſtituendj* et *deſtituendj ſcultetos* in dictis Officijs gubernandis ſecundum quod ipſj videbitur expedire, Jta quod conſuetis *obſequijs* et *juribus* nostris de dictis Officijs nullatenus defraudemur. Ceterum in recognitione nostrj *Dominij* ſoluet quilibet Abbas de nouo promotus nobis et nostris ſuccesſoribus de predicta heuina comparata vigintj lib. Turonen̄ ſecundum vſum et curſum nunc *Monete Walacren̄.* In cuius rei testimonium preſentes literas ſepedictis Abbatj et Conuentuj contulimus ſigillo nostro roboratas.

Datum in *Middelburgh* anno Domini M°. CC°. ſeptuageſimo ſeptimo menſe Decembrj.

N. CCLXXXV.

A. 1278. M. Mart. FLORENTIVS Com. Holl. terras Abbatiae Rijnsburg. Abbati Mediob. venditas ab omni Petitione, Scoto, et Herevaert, immunes declarat.

A. 1278. M. Martio.

Ad Cod. Deplom. p. 811.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. 1°. vs°.)

NOS FLORENTIVS *Comes Hollandie* Notum facimus vniuer-

uerſis preſentes literas inſpecturis. Quod cum dilectus noster Abbas et eius Conuentus *de Middelburgh* comparauerint ducentas et triginta quatuor menſuras terrarum vel eo circiter jacentium jnter *Oostcapple* et *Dumburgh* contra Abbatisſam et Conuentum *de Reinsburgh*, quas a nobis et predecesſoribus nostris liberas tenuerunt, nos dictas terras prenominatis Abbatj et Conuentuj a *petitione*, *ſcoto*, et *expeditione* Comitis, que vulgariter dicitur *hereyart* ac ab omni *exactione* liberas pro nobis et nostris ſucceſſoribus conferimus in perpetuum posſidendas. In cuius rej testimonium preſens ſcriptum ſigillo nostro fecimus communirj. A. 1278. M. Mart.

Datum aput *Ziricze* anno Domini M. CC. ſeptuageſimo Octauo, menſe martio.

N. CCLXXXVI.

FLORENTIVS V. Comes Hollandiae mutuam promittit opem GVIDONI Comiti Flandriae, contra quoscumque, exceptis iis *quibus iure feodali adſtringeretur*. Quod ſi quam opem praeſtaret IOHANNI Duci Brabantiae, eandem etiam praeſtiturum GVIDONI Comiti Flandr.; ita tamen ut Comes Flandriae haud teneretur alterutrum iuvare, ſi inter Ducem Brab. et Comitem Hollandiae controverſia oriatur. A. 1278. d. 25. Maii.

A. 1278. d. 25. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 222, 230.

(Ex Originali in Archivis Camerae Ration. Inſulens.)

Nos FLORENTIVS *comes hollandie* notum facimus univer-

A. 1278. d. 25 Maii. fis quod nos penſata utilitate terrarum noſtrarum cum nobili viro GVIDONE *comite flandrie* et *Marchione Namurcenſi* ſuper mutua asſiſtentia quam alter alteri fide data et Juramento preſtito facere promiſit in ſpecialis amicitie convenimus unionem videlicet quod ab hinc inposterum iuvabimus dictum Comitem *flandrie* et iuvare promittimus contra quoscumque patenter et potenter, auxilio, conſilio et favore, quandocumque ſuper hoc a dicto Comite fuerimus Requiſiti, Exceptis Dominis illis quibus ſumus *iure feodali* aſtricti. ordinatum est etiam inter nos et conventum quod ſi inter dictum GVIDONEM *comitem flandrie* predictum et nobilem virum dilectum conſanguineum noſtrum Dominum IOHANNEM *Ducem brabantie* aliqua Discordia interciperetur quod nos Duci predicto contra dictum Comitem *flandrie* in dicta discordia ullum auxilium impendemus, nos etiam in dicta discordia predicto comiti *flandrie* contra predictum conſanguineum noſtrum ducem *Brabantie* ullum auxilium impendere tenebimur. Inſuper ordinatum est et Conventum inter nos quod ſi inter nos *Comitem hollandie* et dilectum *Conſanguineum* noſtrum *Ducem Brabantie* aliqua Discordia oriatur: Predictus Comes *flandrie* ei contra nos aſſiſtere non debebit nec etiam nobis contra Ducem predictum aſſiſtere tenebitur. In cuius rei testimonium preſentibus Litteris Sigillum noſtrum duximus apponendum, Datum anno Domini milleſimo Duceteſimo ſeptuageſimo octavo, in Vigilia aſcenſionis Domini.

Col-

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin scellé du scel dudit FLORENT en cire jaunatre, pareil à celui qui est au milieu de la page 36. D'OLIV. VREDII étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 10. May 1776. A. 1278. d. 25. Maii.

GODEFROY.

N. CCLXXXVII.

FLORENTIVS V. Comes Holl. in se recipit solutionem pecuniae pro Domicella ALEIDI consanguinea de Campo in Hespele. A. 1278. d. 26. Iul.

A. 1278. d. 26. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 329.

(Ex MS. Descript. Castri Boekhorst 1729. fol. 22. iuxta Originale descr.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie* vniuersis presentes visuris, salutem. Notum facimus vniversis, quod nos unum campum iacentem apud *Hespele* et alium campum iacentem iuxta novam viam, quos THEODERICVS *Clericus* locavit Domicelle ALEIDI Consanguinee nostre singulis annis pro duodecim solidis

 Hol-

A. 1278. d. 26. Iul. Hollandens. illos denarios super nos tenemus quousque ipsos a dicta Domina ALEIDI requiramus.

Datum feria quarta ante diem beatri Petri ad vincula anno Domini M. CC. LXXVIII.

* * *

Appendebat Sigillum FLORENTII equo insidentis cum Scuto Holland. his litt.

S. FLORENTII · COMITIS · HOLLANDIE.

In Contrasigillo Aquila cum Scuto et *Leone:* his litt.

sic.

SECRETVM · FLORETII · COMITIS · HOLLANDIE.

N. CCLXXXVIII.

A. 1279. d. 3. Iun. GVIDO Comes Flandr. et Marchio Namuc. concedit *Scabinis de Moere*, ut Iudicium petant a Scabinis *de Ardenborg*, si qua in caussa haesitent.

A. 1279. d. 3. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 128.

(Ex Originali in Archivis Ardenborg. nº. 105.)

Nous GUIS *Cuens de Flandres* et *Marchis de Namur* faisons sauoir a tous ke nō a nos foiables ·· *Escheuins* dou muer * *dardemborg* auons donne et otroie ke de lor iugemens dont il ne feront sage / kil dorent en auant enuoisent a lor kief a nos ·· *Escheuins* de nostre vile *dardemborg* En tesmoignage de la quele chose nous auons as ·· *Escheuins* deuant dis donnei

* i. e. den Moere.

nei ces presentes lettres, faielees de nostre fael ki furent donnees a *male* lan del Incarn̄ · M · CC · fissante dis et nuef le famedi apres le trinite ——— ——— ——— A. 1279. d. 3. Iun.

* * *

Appendet GVIDONIS Sigillum rotundum integrum ex duplici vitta pergamena, cum Contrafigillo. Exftat Sigillum in OL. VRED. *Sig. C. Fl.* p. 46. hoc excepto, quod idem Contrafigillum non est, fed uti exhibetur p. 39.

N. CCLXXXIX.

GVIDO Comes Flandriae concedit facultatem Oppido *de Ardenburg*, ut fodiant ab utraque parte fluminis *de Eede*, usque ad *Slepeldam*. A. 1279. d. 4. Iun.

A. 1279. d. 4. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 133, 224.

(Ex Registro Pergameno Oppidi Ardenburg. fol. vij.)

Nous · · GUYS · · *Cuens de Flandres*/ et *Marchis de Namur* faifons fauoir a tous/ ke nous a nos chiers et foiables *Efcheuins* et *Communaute* de nostre ville *dardenburgh* auons ottroie pour la commun profijt de la dite ville/ kil puisfent prendre terre a lun leis et alautre del *eauwe* con apeele[a] *Eeckf* cuerd entre *Ardenburgh*/ et *Slepeldamme*/ fi auant[b] ke leur *Efcheuigne*[c] feftent tant comme il verront ke pourfis lor fera par lacort et lafent de nostre *billiu* de *Bruges* pour eaus et *pour* *la*

a Vidim. *con appelle hee.* b Belg. *alfo varre voord als hare Cuere ftrect.* c Vid. *Efkeninagen.*

A. 1279. d. 4. Iun. *la ville pour faire dich* [d] *al yn leis et al* autre de le dicte *eawe* con apeele *ee* [e] / par si ke a cheaus qui terre il prenderont il le restorront par le dit [deleatur vetus] · · · · · · · · · [f] bailliu de *bruges* et de nous Escheuins *dardenburgh* deuant dis· En teismoignage de la quele cose / leur nous auons donne ces presentes lettres seelleis de no seeil qui furent faites lan del Incarnation Mil. · cc° / sissante disnuef, le dymenche apres le triniteit · · (1)

d Vid. *pour fere dyc.* *e con appelle hee.* *f* L. *Des escheuins et.* Sed vid. non habet.

(1) Exstat ibidem Versio Belgica antiqua, et in Marg. Lat. exstat: *De stede en heeft dit niet besegheld maer heuet of een Vidimus onder den zeghel van den Graue die te .i. bleef.* Exstat nempe in *Archivis Ardenburg.* n°. 87. Charta Originalis LVDOVICI *Comitis Flandr.* d. 17. Ian. a. 1337. qua hoc confirmat Privilegium de fodiendi facultate, ab utraque parte amnis *de Eede*, Oppido de Ardenburg ab *Guidone* Com. Flandriae datum, hanc in sententiam:

„ LOYS *Contes de Flandres* / *de Neuers* / et *de Rethest* · · Sauoir faisons „ atouz / que nous auons veu / vnes lettres seellees dou seel de no treschier „ sign. de bonne memore mons Guy iadiz Conte de Flandr et Marchis de Na„ mur, Contenans ceste fourme · · Nous GVYS *Cuens de Flandres.* — — —

[Sequitur Charta a. 1279. supra data].

„ Les queles lettres et les choses contenues en ycelles et che qui sen de„ pent. Nous a la supplication de nos amez *Bourchmestres* / *Escheuins* / et „ *Consel* de nostre dite ville de *Ardembourch* / et pour le bon port et obeissan„ ce, es quelz li communautez dycelle / a este et esperons que elle sera do„ resenauant / vous nous· Auons loees / approuuees / et confermees / loons / „ approuuons / et confermons / sauf no droit / et lautrui / Et demorans aussi „ les priuileges que nous auons donnez a no dite uille en autres choses en leur „ vertu· Si mandons a no bailliu de Bruges present et auenir / que sans autre „ mandement atendre a auoir four che / il fache les choses desfuz dites tenir „ et acomplir· Et pour ce que ce soit ferme chose et estable nous auons „ a ces lettres fait mettre nostre seel· Donn a Male le . xvij[e]. jour dou moiz „ de Jenuier · lan de grace · Mil troiz Cenz Trente et Sept. — — —

In

In plicatura habetur: ·· par mons le ·· Comte present leuesque de Cambray. A. 1279.
·· *J· Wastine* ·· d. 4. Iul.

* * *

Appendet Sigillum LVDOVICI fere integrum, cum Contrasigillo bene servato; in maiore adhuc visuntur literae:

······ RNEN ET REGISTEST ···· ut apud VRED. *Sig. Com. Flandr.* p. 58.

N. CCXC.

RVDOLPHVS Rom. Rex concedit BALDVINO, pro fratre suo IOHANNE de Avesnis, [postmodum *Hollandiae* Comite] *Comitatum de Alost*, *et terras Wasiae*, *IV. Officiorum* etc. in feudum Imperii. A. 1279. d. 6. Nov.

A. 1279. d. 6. Nov.

Ad Excurs. VII. p. 225.

(MIRAEI *Charterb.* D. I. bl. 401. ex Archivis Hannoniae.)

RVDOLPHVS, Dei gracia *Romanorum Rex*, semper Augustus, universis Imperii Romani fidelibus, presentes litteras inspecturis, graciam suam et omne bonum. Vniversitatis nostrae noticiae declaramus, quod veniens ad presentiam nostram, nobilis vir BALDEWINVS *Anyoenis*, fratris sui *procuratorio* nomine pro eodem fratre suo proposuit coram nobis, quod idem *Comitatum de Aloyst*, et terras *Wasiae*, quatuor *Officiorum* et *Gerhardi Montem* cum omnibus iuribus, et pertinentiis eorumdem de iure debebat a *nobis et imperio in feudum* tenere, supplicans celsitudini nostre, quod sibi nomine fratris sui predicti,

A. 1279. d. 6. Nov. dicti, qui propter caussas legitimas super eo personaliter nostram adire presentiam non potuit, dictas terras cum sollempnitatibus debitis concedere dignaremur, offerens idem BALDEWINVS nobis nomine dicti fratris sui *homagium* pro eisdem. Nos autem ipsius BALDEWINI rationabilibus supplicationibus favorabiliter inclinati eidem nomine fratris sui predicti secundum *imperii consuetudinem*, quidquid *iuris* in dictis terris a *nobis et imperio* debet habere, in feudum concessimus et eundem bono *.. obstante lapsu temporis infra quod nos idem IOHANNES requisive .. secundum *feodorum constitutionem* et *imperii consuetudinem* debuisset, prefati fratris sui IOHANNIS nomine solempniter investivimus de eisdem, recepto ab ipso BALDEWINO dicti fratris sui nomine fidelitatis et homagii debito sacramento. Testes, qui huic infeodationi seu investiture feodi intererant, sunt venerabiles Iohannes Gurcensis, et Wernhardus Zecomen .. Episcopi, Illustris Albertus, Dux Saxoniae, spectabiles viri Fredericus, Burgravius de Nieurenberg et de Catzenellibogen, Burcardus de Hoenberch, Hugo de Werdenberch de Rienecke, et Hugo de Montiforti, Comites, et alii quam plures, in quorum testimonium presens scriptum Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

* l. non.

Datum apud *Linzam*, VIII. Iduum Novembris, Indictione VIII. anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni vero nostri anno septimo.

N. CCXCI.

N. CCXCI.

RVDOLPHVS Rex Germaniae recipit Homagium IOHANNIS de Hannonia, eique confirmat *omnes ditiones ac feoda Imperii.* A. 1280. d. 26. Iul. N. I.

A. 1280. d. 26. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 225.

(Ex Archivis Hannon. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 409.)

Nos RVDOLFVS, Dei gracia *Romanorum Rex* semper Augustus, tenore presentium protestamur publice profitentes, quod nos integritatem legalitatis conspicue, et fidei puritatem, quibus spectabilis vir IOHANNES *de Hannonia*, dilectus fidelis noster, nos et Sacrum Romanum amplexatur Imperium, grate contemplacionis oculo contemplantes sibi *omnes terras et feoda*, quocumque nomine censeantur, que a nobis et a Sacro Imperio de iure debet habere, et de quibus nobiles viros primo BALDIVINVM[a], secundario vero FLORENCIVM, fratres suos, ad *fidelitatis et homagii* recepimus sacramentum, ex debito regie potestatis confirmamus, et eum de eisdem liberaliter investimus. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum *Wienne* VI. Kal. Iulii, Indictione VIII. anno Domini M. CC. LXXX. regni vero nostri anno septimo.

a Lege *Bouchardum.*

N. CCXCII.

A. 1280. d 26. Iun. N. II. RVDOLPHVS Rex Germaniae dat IOHANNI de Hannonia *facultatem se intromittendi in dicta Feoda.*

A. 1280. d. 26. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 225.

(Ex iisdem Archiv. MIERIS l. l. bl. 408.)

Nos RVDOLPHVS, Dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus, ad universorum, tam presentium quam futurorum, noticiam volumus pervenire, cum spectabili viro IOANNI, *Comiti de Hannonia*, dilecto fideli nostro ob sue sincere devocionis et fidei puritatem, qua adinstar sue generose propaginis, a qua traxit originem, nos et Sacrum Romanum Imperium veneratur, contulerimus *universa et singula feoda*, que de iure debet a nobis et Imperio obtinere, nos ex debito regie potestatis, se intromittendi de ipsis feodis et administrandi in eisdem liberam sibi concedimus facultatem, in cuius rei testimonium presentes litteras sibi dari iussimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Datum *Wienne* VI. Kal. Iulii, Indictione VIII. anno Domini M°. CC°. LXXX°. regni vero nostri anno septimo.

N. CCXCIII.

N CCXCIII.

FLORENTIVS V. Comes Holl. permittit Abbati Mediob. emere ac vendere terras aliquas in Officio Hugonis fil. Boydines. A. 1280. d. 7. Iul.

A. 1280. d. 7. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 329. not.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. xxxv r°.)

Nos FLOR. *Comes Hollandie*, tenore presentium concedimus Domino Abbatj de *Middelborgh* et suo Conventui vt ijdem tantum *de Officio Hugonis filij Boydines* comparent contra ipsum ad opus suum, quantum ipse Abbas et Conuentus habent de terra in dicto *Officio*, ita videlicet quod ipsi tantum *de Officio*, quod nunc habent, et tenent a nobis alij vendant in quo nullam terram habent iacentem. Hec fierj volumus quando vnum ex hijs ematur quod alterum vendatur tempore in eodem. In cuius rej testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communirj.

Datum *ante Castrum de Monfort* (1) feria secunda post octav. Apostolorum Petrj et Paulj. Anno Domini Millo cc°. LXXX°.

(1) *Castrum de Monfort*] Hinc lux D. II. bl. 24. qui oppidum *Montfor*- accenditur narrationi WAO. *Amsteld.* tum expugnatum putabat a. 1279.

N. CCXCIV.

A. 1280. d. 26. Aug. GVIDO Comes Flandriae insignia concedit Privilegia Mercatoribus peregrinis, cum Hispaniae, et Alemanniae, tum omnium aliarum regionum in Oppido Ardenburgensi mercaturam facientibus vel facturis.

A. 1280. d. 26. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 129.

(Ex Originali in Archivis Ardenburg. n°. 46.)

GUIS *Cuens de Flandres* et *Marchis de Namur* a tous chiaus ki ces presentes lettres verront et orront salus en nostre segneur. Sachent tous ke nous reuuarde et considere le coumun prousit / et le vtiliteit de nostre terre *de Flandres* / et des marchans / antans et repairans en celi terre pour leur marchandises / a tous marchans *despaigne* et de *Alemaigne* / et a tous autres marchans dautres terres ki à ces marchans deseure dis acompaign se verror pour anter et repairier en nostre vile de *Ardembourgh* et leur Marchandises amener / et ki alover se vorront a ces marchans pour venir a nostre vile deseure dite / Nous leur otroions et auons otroiet toutes les francises ki ci apres sunt escrites · cest asauoir ke li marchant aient *pois de balanches* / et ke li peseres poise tout en fin · et ke il oste ses mains dou pois / et ke li marchans v autres fire les balanches de le main en la moienne de la *balance* / parquoi ele ne voi-

voiſe plus dune part ke dautre / et ke li marchans puet con- A. 1280.
tredire le peſeur ſans riens mesfaire · Et cil ki achatera lauoir d. 26. Aug.
doit paier le pois · Et cil ki le vendera ſera cuites ſans riens paier · mais kil liuerra lauoir ala balanche · et ſe aucuns eſtoit trouueis ki pois eust v peſast ſans le peſeur le Conte il ſeroit en fourfait de cuincquante · lib'. enuers le · · Conte · Dautre part ke li marchans puisſent achater et reuendre toutes marchandiſes auſi frankement coume *li Bourgois* en gros en la vile ſans nul fourfait / ſans paier *asſiſe* · Sans les *Lombars* · Dautre part ke li marchant *deſpaigne dalemaigne* / et de toutes autres terres ki a ceste compaignie ſacorderont puisſent auoir quatre *procureurs* / et ke cil quatre procureur v li doi des quatre v li vns diaus puisſent demander les tors et les outrages kon feroit a iaus v a aucun de leur compaignons et dou deſpens ke cil quatre procureur feront v ſi vns diaus pour les beſoignes des marchans deſeure dis pourſiuir et auanchier en quel maniere ke ce ſoit reprendre doiuent ces couls (1) et ces frais as marchans deſeure dis ſi auant ke li marchant et li procureur ſacorderont entraus / et ſe aucuns voloit estre encontre de paier ces couls et ces frais deſeure dis venir doit deuant *le Segneur dele terre* et chou kil en ordenera et ſes conſaus en droit ſera tenus · et ces procureurs puent oster et remetre li communs des

(1) *Ces Couls*] Sic in Orig. In Belgica tamen verſione habetur *Tol.*

A. 1280. d. 26. Aug. des marchans / toutes les fois ke boen lor famblera. En apres de toutes demandes v de tous plais ki soient entre les marchans v entre autres gens en quelc maniere kil touke as marchans v a autres deleur gens kil soit jugies par quatre *Esceuins* et par les quatre procureurs / et non par autres. Et se il ne puent concorder chou ke li .. Cuens en dira par droit four fen mieus fera tenus. Et si puet enuoier *li Cuens* pour liu fil vient .1. houme en fen liu pour dire le dit. Dautre part ke nus hom estranges ne soit pris ne mis emprison ne *arrestels* / il ne fesauoirs pour nule chose en la terre de Flandres se ce nest v soit se propre *dettre* v pour *plegerie* kil ait faite / v pour autre chose ke ses cors propres ait fait en la terre de Flandres sil ne fust einsi kon eust fait arrest aucun sour nous v sour nostre gent. Dautre part ke nus hom estranges en toute *là segnorie de Flandres* ne soit pris ne arrestes pour tant ke il puist donner *pleges* v warandises / destre adroit einsi coume lois aporte se ce nest de vilain fait / sauues *les droitures* et les *francises* des boines viles de Flandres. En apres ke li Bourgois de la vile *dardembourgh* ne autres hom ne soit si hardis de batre ne de faire batre ne laudure a nul houme estrange ne de faire faire. mais se li estranges hom li fait tort ke il le monstre par deuant les *Escheuins*. Et si tost ke il lara monstreit ke il mandent pour lui ki estranges est / et ke il li fachent si hautement amender ke boen soit. Et sil ia aucun ki ne le veille tenir kil

soit

ſoit en fourfait de vint·lib'· et autel dou Bourgois ki aroit meſ- A. 1280. d. 26. Aug.
fait au Marchant· Et li eſtrange porront auſi bien teſmoigner
ſour les bourgois coume ſi Bourgois ſour aus· Et ſil auient
ke marchans v bourgois meſſait li vns enuers lautre ſi coume
de batre v de metre main ali/ ke puis ke cis fais cela clers ke
on tiegne empriſon le maufaiteur iusques atant kil lait amen-
deit par les·· Eſcheuins et les procureurs· ſauues *les Aman-des au·· Conte*· Dautre part ke nus *courétiers* (2) ne puist
eſtre en la vile ne faire couretage/ ſil nest pris par le volen-
teit des Eſcheuins et des procureurs deuant dis et ſe par auen-
ture aucuns couretier faiſoit fauſeteit a aucun marchant et ke
on le ſenst par boine veritef ke il tantost fust mis hors de cou-
retage a tous jours et ke il ne fust couretiers jamais en la vile
et ke cil ki feront couretiers ſoient en eſcrit efrosles de la vi-
le et efrosles des procureurs· Et ſi autre prendoient coureta-
ge fors cil ki ſeroient eſcrit il ſeroient en fourfait de vint· lib'.
et le couretage ke li couretier aroient ſeroit eſtablis pour les
Eſcheuins et les procureurs· Dautre part ke nul marchant ne
nul Bourgois naient compagnie auec nul couretier ſour le four-
fait de vint· lib'· et li couretier perderoit ſon meſtier de cou-
retage ·1· an/ et ſe il dedens lan faiſoit couretage ne pren-
doit

(2) *Couretiers*] Videtur innui idem, quod apud DV CANGE in V. CORRETARIVS, et *Courtagium*, vertitur per *Proxeneta*, *Gall. Courtier*.

A. 1280. d. 26. Aug. doit il feroit en fourfait de vint · lib'· et ke jamais ne feroit couretiers en la vile four le fourfait deuant dit. Dautre part fe nus Bourgois v nus hom eftranges paioit plus de courret ke tant ke li Efcheuins et li procureurs deuant dit aroient/ eftablit il feroit en fourfait de fisfante fols la premiere fois · et a toutes les autres fois a quatre · lib'· a chascune fois/ et fe li courreties prent plus/ il fera en fourfait de fisfante fols/ la premiere fois/ la feconde fois a fis · lib'· et a la tierce fois a dis · lib'· et feroit banis hors de la vile ·1· an· et fe il reuenoit en la vile dedens cel an · il feroit banis hors de la vile dis ans/ four vn membre · et fe il apres lan prendroit plus/ il feroit en fourfait de vint · lib'· et ke jamais ne feroit couretiers en la vile· Et ke nus bourgois ne eftranges hom ne face prefent a nul courretier four le fourfait de fisfante fols, et ce plaidera on trois fois en lan deuant les· Efcheuins et les procureurs deuant dis et de tous ces fourfais ara *li Cuens* le moitie · li vile la quarte partie et li marchant la quarte partie pour paier leur defpens et dou fourfait deuant noumei fon faifoit prefent au couretier/ ara li cuens le moitie · la vile et li marchant lautre moitie/ et tout li autre fourfait feroient au conte· Dautre part ke en la vile foit autels *Tonlius* kil est a *Bruges* fors des dras de la vile · deus · deniers de la piece et de vaire oeure/ dermines/ de lourres/ de Gorghes/ de ventreskes de Mercerie/ et de efpecerie/ et de toute peleterie·

et

et de ce paiera on ki le achatera/ trois/ deners/ dou marc A. 1280.
se il le met hors de la vile A Tonliu · et *tel tonliu* kon prent d. 26. Aug.
au Dam (3) prendera on a lespoe (4) *de sclipendam* v la v
li *espoe dardemburgh* sera · et le *tonliu dardemburgh* prendera on
en tel maniere kon le prent a Bruges et cel de *sclipendam* en tel
maniere kon le prent au *Dam*. Dautre part ke nus estranges
hom ne paie *assise* (5) en la vile se il ne tenoit tauerne de vin
a broke · mais sil paioit assise il porroit vendre vin v autre bu-
uerage a broke/ einsi comme li bourgois. Et ke li Marchant
puissent vins v autre buuerage entraus vendre et donner lun a
lautre pour leur argent sans paier *assise* · mais ke ce ne soit ta-
uerne criee ne a baniere/ et se il le vendent par los hors
de lor hostel il paieront assise. Dautre part ke li marchant
puent louer v achater hosteus en la vile et puent demorer
par aus · et puent recheuoir compaignons tant com il vorront.
Et del couretage ke li Couretier gaagneront a leur compaignons
kil aient les deus parties et li couretier la tierce partie. Dau-
tre part se nus hom estranges faisoit chose par quoi ses cors et
ses

(3) *Dam*] Cf. EXCVRS. VII. p. 130.

(4) *Lespoe*] Est vox antiqua vernacula, idem notans quod hodie *een spuye*. Erat autem *cataracta*, seu *obex aquarius*; postea vero etiam in genere pro *aquaeductu* sumi coepit. Conf. quae dixi EXCVRS. VII. p. 130, 133.

(5) *Assise*] Obseruetur antiquitas huius generis Tributi, quae vulgo *Assisa*, vel Excisa, (Belg. *Accysen*) vocata, in Flandria solvi solet. Serius nonnihil, et nonnisi sec. XIV. in Holl. et Zeel. invaluit, ut alibi pluribus.

A. 1289. d. 26 Aug. ses auoirs fust en fourfait et se il tenoit auoir de segneur v dautre · ke autrui auoirs ne fust fourfais· Et ke li sires des auoirs le puet sauuer par veritei souffisant· Et ke se li sires nestoit au pais ke li · · Escheuin et li procureur le puissent deliurer par veritei souffisant· Dautre part se nus hom estranges juast v mesist en mal vsage le auoir de son segneur par fame v par autre mauuaisteit ke li sires / li · · Escheuin et li procureur deuant dit / aient pooir de prendre tout lauoir kil auroit· Et ke il le gardent tant ke li sires del auoir sera venus v ses coumans· Dautre part ke li hostelage ke li marchant paieront soient establi par les Escheuins et les · · procureurs deuant dis · et ke nus bourgois ne piust loer celier (6) plus haut ke quatre sols le sesmaine· Dautre part et ke nus Marchans estranges ne doit auoir lauantage ne ces franchises sil ne vieut estre en le compaignie de ces marchans deuant dis· Et se aucuns tue v plaie homme et estrange gent v autre le puent arrester v prendre ke il le rengent au segneur sans riens mesfaire· Et se nus hom fiert en le vile v fors de le vile tant coume li Eschieuinages dure aucun houme de Coutel v de glauie v darme mortel et cil ki sera plaits ne muert ke cil ki le plaie li fist perge le main de quoi il le plaia · v paiera Sissante · lib'· et le amende au plaiet · par le dit des · · Escheuins. et

(6) *Loer celier*] Recte in Vers. Belg. *Kelnare huren* i. e. *Kelder huren*.

et des ·· Procureurs deuant dis · se il ne lauoit fait sour son cors deffendant · Et li vile metera pour warder chascune nuit tant coume li Escheuín et li procureur deuiseront pour le vile warder · Et sil auenoit kil eust aucun debat entre le vile et les Marchans/ ke li debas fust termineis par les ·· Escheuins et les ·· Procureurs · et se il ne puent concorder li *Cuens* v chil kil i met en est souuerains et chou kil en dira et fera pour le droit sour son mieus sera tenut . et toutes ces franchises soient pour nous et pour toutes estranges gens ki en la vile venront a tous jours/ et ke *nule coustume* nouuiele ne soit faite ne mise sour les deuant dis marchans de ce jour en auant des choses deseure dites · Et se aucuns sa cointe a feme kil en ait se volentei sauf ce kil ne le bate v tolle le sien/ v face force/ kil nen puist estre a amende · Et puent li Marchant deseure dit auoir vn *salel de Commun*/ pour saieler leur lettres et leur procureur dou commun/ et pour envoier as boine viles par tout la v il leur plaira · Sauf ce ke li saiauls ne soit en le preiudice en le greuance dou *Segneur de le tiere* · Et a toutes ces franchises et ces couuenees et a toutes ces choses ci desus escrites bien loiaument et feirmement tenir et faire tenir as marchans deseure dis et a tous autres einsi ke deseure est dit obligons nous/ Nous et nos hoirs ·· *Contes et Contes de Flandres* En tesmoignage et enseurte des quels choses nous leur en auons ces presentes lettres dounees faie-

A. 1283. d. 26 Aug.

A. 1280. d. 26. Aug. faielees de nostre propre faiel/ el an del jncarnation nostre fegneur/ mil/ deus/ cens/ quatre vins le Lundi apres le fiesto faint Berthermiu lapl̄e.

* * *

Appendet ex nodis fericis coloris viridis Sigillum GVIDONIS *Com. Flandr.* integrum, ut p. 46. OL. VRED. et Contrafigillum, ut ibid. p. 39.

N. CCXCV.

A. 1281. d. 15. Iul. OTTO Marchio Brandenburgenfis concedit, ut RODVLPHVS Rex Germ. Imperii Feuda confirmet, eaque IOANNI de Avesnes iuniori concedat.

A. 1281. d. 15. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 232.

(EX MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1161. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 413.)

N. CCXCVI.

N. CCXCVI.

RVDOLPHVS Rex Germaniae confirmat omnia Iudicia, habita in Curia WILHELMI Regis German. in gratiam IOHANNIS d'Avesnes, Comitis Hannon. contra MARGARETAM Flandriae Comitisſam (1). A. 1281. d. 5. Aug. N. I.

A. 1281. d. 5. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 225. ſq.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1163. ſq. apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 415.)

RODVLPHVS, Dei gratia — —. Cum ſpectabilis vir IOHANNES *de Avesnis*, *Haynnoniae Comes*, fidelis noſter dilectus ad celſitudinis noſtrae praeſentiam acceſſiſſet, propoſuit coram nobis, quod cum iam pridem Ill. D. MARGARETA, tunc *Flandriae Comitiſſa*, adverſus *Romanum Imp.* et praeclarae recordationis WILLERMVM, *Rom. R.* praedec. noſtrum, indevotionis erecto calcaneo, ipſum Imperium ſive Regem per ingratitudinis vitium adeo provocaſſet, quod idem Rex — dictante ſententia Principum, Comitiſſam pr. quibusdam terris,

vidl.

(1) *Comitisſam*] Dedi Chartam fere integram, propterea quod haec inſtar baſis eſt omnium reliquarum, quas icirco non niſi fere argumento tenus hic exhibebo. Confirmarunt hanc Chartam patentibus ſuis literis WERNHERVS Archiepiſcopus Moguntinus d. 14. Auguſt. a. 1283. et SIGEFRIDVS Archiepiſc. Colonienſis *fer.* III. *post octav. Paſchae* a. 1283. apud MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1190, 1191. Cf. EXCVRS. VII. p. 232.

A. 1281. d. 5. Aug. N. I. vidl. *Terra iuxta Scaldam*, *terra de Alost*, *terra de Wasia*, *et terra Quatuor Officiorum*, cum omnibus suis pertinentiis, quas *ab Imperio tenere* debuerat, — privaverit, conferens ipsas terras quondam spectabili Viro IOHANNI *de Avesnis*, eiusdem *C. Haynn.* genitori. —— —— Quamobrem praedictus *Comes Haynn.* — ut confirmare ac innovare —— —— ——

[Sequuntur hic iterum insertae ambae WILHELMI *Regis Germ.* Chartae d. 21 Iul. a. 1252. supra p. 624. sqq.]

Nos igitur — — ratas habentes et gratas, easdem, maioris partis nostrorum et imperii Principum, ius in electione Romani Regis habentium, libero interveniente consensu — — confirmamus, innovamus, approbamus, et huius scripti patrocinio communimus, — — dictas terras et omne ius, quod ratione Imperii nobis *vacavit* et *vacat*, competiit sive *competit* in eisdem, Comiti saepedicto *Haynnoniae* —— — denovo conferimus et donamus in feodum, — — et de feodis ipsis eundem solemniter investimus, *recepto ab ipso* pro terris praedictis, *homagio*, *et fidelitatis debitae iuramento*. ——— ———

——— ——— Testes: ——— ———

Datum *Nuremberch*, per manum magistri Goth. Praepositi Pact. prothonotarii nostri, nonis Augusti, indictione IX. anno Dom. MCCLXXXI. regni vero nostri anno VIII.

N. CCXCVIII.

N. CCXCVII.

RODVLPHVS Rex Germ. mandat dictarum Terrarum incolis, ut IOHANNEM de Avesnes terrae Dominum recipiant. A. 1281. d. 5. Aug. N. II.

A. 1281. d. 5. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 226.

(Ex MARTENE p. 1167. MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 416.)

RODVLPHVS Dei gratia *Rom. Rex* — — *Nobilibus*, *Ministerialibus*, *Militibus*, *Vasfallis*, et *Popularibus* univerfis per *Terram de Alost*, per *Terram iuxta Scaldam*, per *Terram Geraldi-montis*, per *Terram Wafiae*, et per *Terram Quatuor-Officiorum*, et attinentiarum fuarum quarumlibet conftitutis, dilectis fuis et Imperii Romani fidelibus, gratiam fuam et omne bonum.

Quia fpectabilem virum IOHANNEM *de Avesnis* — —

N. CCXCVIII.

Idem Rex mandat EPISCOPO CAMERACENSI, ut IOHANNEM de Avesnis in posfesfionem inducat terrarum, ab Imperio in ipfum collatarum. A. 1281. d. 5. Aug. N. III.

A. 1281. d. 5. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 225. fq.

(Ex MARTENE l. l. p. 1168. et hinc MIERIS l. l. bl. 416.)

N. CCXCIX.

N. CCXCIX.

A. 1281. 5. Aug. N. IV. RODVLPHVS Rex Germ. ſcribit ad vaſallos Comitis Hannoniae, in his *Waſianos* et 4. *Ambactas*; ut ei tanquam terrae Domino obediant.

A. 1281. d. 5. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 225. ſq.

(Ex MARTENE *Theſ. Anecd.* Tom. I. p. 1171.)

RVDOLPHVS Dei gratia *Romanorum Rex* ſemper Auguſtus, ſtrenuis viris Imperatori Conſtantinopolitano. R. Advocaco Bethuniae, Io. dicto de Aldenardo, R. Domino de Liedkerke, G. Domino de Rodes, R. Domino de Gavre, T. Domino de Bevene [l. Bevere], H. Castellano Gandavi, —— —— —— —— dilectis ſuis et Imperii Romani fidelibus, gratiam ſuam et omne bonum.

Quia ſpectabilem virum Io. *de Avesnis Haynn. Comitem*, fidelem nostrum dilectum, ob ſuae probitatis eximiae merita, et progenitorum ſuorum contemplatione ſublimium, qui conſtanter in fide coaluerunt imperii, gratioſis amplexibus aſtringentes, proceſſum clarae recordationis VILLELMI (1) *Romanorum Regis* praedeceſſoris nostri tunc habitum *de terra de Alost*, *de terra iuxta Scaldam*, *de terra Geraldi-montis*, *de terra*

(1) *Villelmi*] Vid. ſupra p. 628. Chart. a. 1252. d. 11. Iul.

ra Vasiae, *de terra Quatuor-officiorum*, et omnibus attinentiis A. 1281.
d. 5. Aug.
suis per ipsum Regem W. et Principes Regni Alemanniae in N. IV.
solemni Curia congregatos abiudicatis solemniter MARGVARITAE *Flandriae Comitissae*, ac piae recordationis IOHANNI *de Avesnis* eiusdem *Comitis Haynnoniae* genitori, eorumdem Principum libero interveniente consensu, collatis, ex liberalitate munifica duximus approbandum, confirmandum ac etiam innovandum. Omne ius nihilominus *nobis et Imperio vacans* aut competens in praemissis ipsorum nostrorum et imperii principum applaudente consensu, de novo eidem *Comiti Haynnoniae* liberaliter et largiflue conferendo et investiendo de ipsis, recepto ab ipso pro terris eisdem *Homagio*, et fidelitatis debitae iuramento, prout in privilegiis nostris super hoc confectis et sibi concessis expressius et lucidius continetur. Vniversitatem vestram attentius exhortamur, regia vobis universis et singulis auctoritate mandantes et firmiter iniungentes, quatinus iuxta divinae praeceptionis edictum, quo Deo quae Dei, et Caesari quae ipsius sunt, reddere quisque debet, praefato *Haynnoniae Comiti*, veluti vestro *Domino temporali* praestetis *Homagium* et fidelitatis debitae iuramentum, sibi parentes humiliter, et devotae obeditionis obsequiis intendentes. Super hoc autem nemo vestrum utatur excusationis, aut occasionis ullius umbraculo, nec in expectatione frivola alios, sive alium praestoletur, ut proinde sacri Imperii brachium saeculare vos fo-

 veat,

A. 1281. d. 5. Aug. N. IV. veat, et in opportunitatibus dexterae ſuae ſceptrigerae gratiam vobis accommodet asſiſtricem. Si vero (quod abſit) quempiam vestrum in huiusmodi caſus articulo contumacem inveniri contigerit, aut rebellem: animadverſionis ultricis mucronem contra eum, iuſticia ſuadente, nos oportebit exercere, iuxta quod conſuevit in Curia nostra temeritas indevota rebellium condemnari.

Datum *Nüremberg* nonis Augusti, Regni nostri anno VIII.

N. CCC.

A. 1281. d. 9. Aug. RVDOLPHVS Rex Germ. mittit iudicem extraordinarium ad exſequendam ſententiam et adeundam eiusdem terrae posſesſionem.

A. 1281. d. 9. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 226.

(MARTENE *Theſaur. Anecd.* T. I. p. 1170.)

RVDOLPHVS Dei gratia *Romanorum Rex* ſemper Auguſtus, univerſis ſacri imperii Romani fidelibus praeſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum.

Ad univerſitatis vestrae notitiam duximus deferendum, quod nobis pro tribunali ſedentibus apud *Nuremberg*, ſententiatum extitit coram nobis, omnium principum et nobilium ceterorumque fidelium nostrorum qui fuere praeſentes applaudente ca-

terva,

terva, quod cum ſpectabili viro IOHANNI *de Ayesnis Comiti* A. 1281.
Haynnoniae dilecto fideli noſtro propter ſuae fidei et probitatis d. 9. Aug.
praeſtantiam, *terram de Alost*, *terram ſuper Scaldam*, *terram Geraldi-montis*, *terram Waſiae*, et *terram Quatuor-officiorum* cum omnibus attinentiis ſuis in feodum conceſſerimus, et eum inveſtiverimus de eisdem, prout in inſtrumentis ſibi ſuper hoc traditis plenius continetur: nos eidem executorem idoneum, quem ipſe Comes nominaret, deputare et concedere deberemus, qui principaliora loca praedictarum terrarum accedens, et tam inveſtituram praedictam, quam nos earumdem terrarum eſſe *Warandos* pronuncians, ſaepedictum I. *Haynnoniae Comitem*, vel certum procuratorem ipſius nomine ſuo in corporalem poſſeſſionem praenominatarum terrarum et attinentiarum ſuarum quarumlibet noſtra auctoritate regali induceret cum ſolemnitatibus debitis et conſuetis, et nihilominus ab omnibus ſuper earum terrarum diſtrictibus conſtitutis praeciperet auctoritate regia ſibi tamquam domino ſuo debitam obedientiam et reverentiam exhiberi. In cuius rei teſtimonium, praeſens ſcriptum exinde conſcribi, et maieſtatis noſtrae ſigillo fecimus communiri.

Datum *Nuremberg*, v. Idus Auguſti, Indict. IX. anno Domini MCCLXXXI. regni vero noſtri VIII.

N. CCCI.

N. CCCI.

A. 1281. d. 20. Aug. N. I. IOHANNES Dux Saxoniae, Angariae. Westfaliae, Marescalcus Imperii, ratam habet confirmationem *Terrarum de Alost*, *Quatuor-officiorum*, *Wasiae*, *supra Scaldam et Geraldi-montis*, quas ab RVDOLPHO Rege obtinuit IOHANNES de Avesnes iunior.

A. 1281. (1) d. 20. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 232.

(Ex MARTEN. *Thes. Anecd.* T. I. p. 1132. apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 364. a. 1272.)

(1) Edidit hanc Chartam MARTENE l. l. ad a. 1272. eumque secutus est MIERISIVS, cui tamen olfecit, exstare mendum in anno, quoniam RVDOLPHVS tunc nondum Rex esset, coniecitque annum 1274. Verum rei gestae ratio docet, hunc, quem dedi annum, esse probum. Habetur enim mentio *superioris Chartae*, quam dederat *Rudolphus*.

N. CCCII.

A. 1281. d. 20. Aug. N. II. HERMANNVS Comes de Henneberg, maritus quondam MARGARETAE, tam pro se quam pro filiis suis vendit omne ius hereditarium in *Comitatu Hollandiae*, quod ex paterna maternaque successione eius uxor MARGARETA habuit.

A. 1281. (1) d. [20] mens. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 232.

(MARTENE et DVRAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1162. unde MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 418.)

Vniversis praesentes litteras inspecturis HERMANNVS *Comes de Hayneberg* salutem et notitiam veritatis.

No-

(1) Data videtur, eodem die, quo praecedens Charta, quippe cui adfuit testis 1°. idem *Comes*, 2°. itidem *Nuremburgi*, 3°. mense Augusti. et quidem

Noverint, quod nos pro nobis, BOPPONE filio nostro, viro Nobili, OTHONE *Marchione Brandeburgensi*, et IVTTA (2) filia nostra eiusdem Marchionis uxore, ac nostris et eorum heredibus *vendidimus*, et vendere, tradere et deliberare, promittimus et tenemur illustri viro Domino IOHANNI ——— ——— A. 1281. d. 20. Aug. N. II.

——— ——— ——— ———

dem 4°. in re sua ac *patrui sui de Avesnis*, ad quem ambae Chartae spectant. Est haec illa *Margareta*, de qua, tamquam 365. liberorum matre, egregia illa fabula narratur in Chronicis Hollandiae.

(2) *Iutta*] De hac *Iutta* Marchion. Brandeburg. habetur Charta, qua bona confirmat, tradita Abbatiae Rijnsburgensi, apud MIER. *Charterb.* D. I. bl. 423. ex BOXHORN. *Theatr. Holl.* p. 172. Ibidemque apud MIER. l. l. exstat Charta HERMANNI *Com. de Henneberg*, ex qua cum filio Poppone tradit omnem suam hereditatem in Hollandia sororio suo *Ottoni* Marchioni Brandeb. et eius coniugi Iuttae.

N. CCCIII.

RVDOLPHVS Rex Germ. scribit ad H. Comitem Lussenburgensem, ut Comitem Hannoniae inducat in possessionem terrarum sibi ad Imperio concessarum. A. 1281. d. 12. Oct.

A. 1281. d. 12. Oct.

Ad Excurs. VII. p. 226.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1171.)

RVDOLPHVS Dei gratia *Romanorum Rex* semper Augustus, spectabili viro H. *Comiti de Lussenbourch* dilecto fideli suo gratiam suam et omne bonum.

 Quia

A. 1281. d. 12. Oct.

Quia spectabilem, *etc. ut supra p.* 840. *usque ad haec verba exclusive:* universitatem vestram, *etc. quibus praetermissis, sic prosequitur:* et quia coram nobis per sententiam obtentum extitit, consentientibus omnibus qui fuere praesentes, quod executorem, vel executores eidem Comiti teneantur liberaliter deputare, qui eum mittat in possessionem terrarum huiusmodi corporalem, fidelitatem tuam sub fidei debito, quo nobis prae ceteris specialius es astrictus, requirimus, et monemus, regia tibi nihilominus auctoritate praecise mandantes, ac firmiter iniungentes, quatinus ad potiora loca dictarum terrarum accedens, eumdem Comitem in possessionem earumdem terrarum mittere non omittas, adhibitis solemnitatibus debitis et consuetis.

Datum *Columbariae*, IV. Idus Octobris, regni nostri anno VIII.

N. CCCIV.

A. 1281. d. 19. Dec.

RVDOLPHVS (1) Rex Germ. FLORENTIO V. Comiti Holland. iniungit, ut IOANNEM de Avesnes immittat et adiuvet in acquirendis Terris memoratis.

A. 1281. d. 19. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 230.

(MATTHAEVS *Anal. Med. Aev.* T. III. p. 236. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 429. (2))

ADOLPHVS [l. RVDOLPHVS] Dei gratia *Rom. Rex*, sem-

(1) *Rudolphum*, non *Adolphum*, has literas dedisse, iam animadvertit Vir D. MIERIS in not. ad *Charterb.* l. l. bl. 429. Idem rei gestae ratio satis evincit. Fortasse postea repetitae ab Adolpho, et hinc error.

(2) Non datas esse has literas anno 1282. ut volebat l. l. MIERIS, satis cer-

ſemper Augustus, ſpectabili viro FLORENTIO, *Comiti Hollandiae*, fideli ſuo dilecto gratiam ſuam et omne bonum. Quod ſpectabilem virum IOHANNEM *de Avennis*, *Hannoniae Comitem*, filium nostrum dilectum, ob ſuae probitatis eximiae merita, et progenitorum ſuorum contemplationem nobilium, qui conſtanter in fide claruerunt imperii generoſis amplexibus aſtringentes proceſſum clarae recordationis WILHELMI, *Romanorum Regis*, praedeceſſoris nostri, tunc habitum *de terra Alost*, *de terra iuxta Scaldim* et *terra Geraldi-montis*, *de terra Waſiae*, *de terra Quatuor-officiorum* et omnibus attinentiis ſuis per ipſum WILHELMVM, *Regem* et *Principes regni Alemanniae*, in ſolempni curia congregatos, abiudicatis ſolempniter quondam MARGARITAE, *Flandriae Comitiſſae*, ac piae recordationis IOHANNI *de Avennis*, eiusdem *Comitis Hannoniae*, genitori eorumdem principum libero interveniente conſenſu, collatis, ex liberalitate munifica duximus approbandum, confirmandum ac etiam innovandum, omne ius nihilominus nobis et imperio vacans aut competens in praemiſſis nostro, et impe-

A. 1281. d. 19. Dec.

certum est. *Rudolphus* die 30. Sept. anni 1273. Rex electus est, et d. 31. Oct. coronatus. Annus igitur eius *nonus*, quem haec Charta una cum multis aliis exhibet, cucurrit ab autumno anni 1281. ac deſiit ſequenti anno, eodem tempore. Non alius igitur *dies* 19. *Decembr.* obtinet, quam qui anno 1281. currebat. Neque aliud permittit ſequens FLORENTII pactum, quod vi huius Chartae Regiae initum est.

(3) Haec Charta, collata cum proxime ſequenti, et innumeris aliis, docet, quae vis Imperii per haec tempora fuerit erga Comites Hollandiae. Quod

A. 1281. d. 19. Dec. imperii applaudente consensu, de novo eidem *Hannoniae Comiti* liberaliter et largiflue conferendo ac investiendo de ipsis, recepto ab ipso de terris eisdem homagio, et fidelitatis debitae sacramento, prout in privilegiis nostris, super hoc confectis, et sibi concessis, expressius et lucidius continetur: fidelitatem tuam rogamus et plenissimo cum assensu regio te nominamus, auctoritate praesentium praecise mandantes, quatenus praedictum *Comitem Hannoniae* in possessionem praedictarum terrarum mittere non omittas, adhibitis his, quae in talibus fieri consueverunt, et eum in eisdem terris auctoritate Regia, cessante conditione qualibet, manu tenere, iuvare, ac defendere non omittas.

Datum *Moguntiae* XIV. Kalendas Ianuarii, Regni vero nostri anno nono.

Quod nunc non monerem, nisi Vir D. MATTHAEVS ad hanc Chartam ea daret, quae cum *Comitatus nostri* indole et historia stare minime possunt. *Literas*, inquit, *habeo ineditas Adolphi Nassavici* [l. Rudolphi], *quibus Comiti iniungit, ut mittat Comitem Hannoniae Iohannem de Avesnis in possessionem terrarum, quae ipsi adiudicatae. Quod et factum haud dubie. Sed ultro factum, si factum, ut quod bello Italico, quod Turcico, aut Saracenico interdum interfuit, ultro ab eo factum.* Hoc *ultro factum* apud MATTHAEVM ubique utramque paginam facit.

N. CCCV.

N. CCCV.

Ingeramnus Episc. Camerac. respondet RVDOLPHO Regi Germ., se nihil praetermisisse, quominus *Comitem Hannoniae* immitteret in possessionem terrarum ipsi adiudicatarum. A. 1282. d. 13 Ian.

A. 1282. d. 13. Ian.

Ad Excurs. VII. p. 226.

(Ex MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1171 sq.)

N. CCCVI.

GVIDO Comes Flandr. et Marchio Namurc. donat filio IOHANNI Namurc. multa terrae iugera in *Groede*, *Moerkerke*, *Lapscure* et inter *Damme* et *Bieryliet*, confirmante Rege Franciae PHILIPPO. A. 1282. M. Apr.

A. 1282. mense April.

Ad Excurs. VII. p. 130.

(Ex Originali in Archivis Namurcensibus).

PHILIPPVS Dei gratia *Francorum Rex* notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos litteras dilectorum et fidelium nostrorum GVIDONIS *Flandreñ* et B. eius primo geniti *Niverneñ Comitum* et GVILLMI *de Flandria* filii dicti *Comitis Flandreñ* vidimus in haec verba.

Nous GUIS *Cuens de flandres* et *marchis de Namur* faisons

 fa-

A. 1282 M. Apr. savoir à tous que nous à IEHAN *de Namur* nostre chier fil avons donné et octroié en acroissement de son *fief* de *winendale* qu'il tient de nous et doit tenir de nos hoirs *Contes de flandres* un scor ale *groude* el mestier de *Bruges* encore un scor a le *moenkerede* a entre deux havenes, encore un scor encoste *lapscure*, encore un scor entre *moenkerede* et le *houke*, encore un scor, encoste *Remg hersuliece*, et tous les vedís gisant *entre Dam et Bierulet* et alkems par tout si avant que li Mestiers de *Bruges* sestent et li avons donei et octroié à ilec et à ses hoirs toutes *les justices hautes et basses* que nous et nostre hoir seigneur et *Conte de flandres* auriens et avoir porriens es tieres et es lius deseur dit tout aussi frankement et en tel maniere ke nous les jariemes se les terres et li lui devant dit demouroient en nostre mains ou en les mains de nous hoirs, *Contes de flandres* et ces terres fies demere et vedis si comme deseure est nomeit nous volons ke JEHANS nostre fuis devant dit ait, tiegne et manie perpetuellement il et si hoir en acroissement de seu fief si comme deseur est dit et sil avenoit kil neuist hoir de sa char nous volons ke les terres deseur dites reviegnent à ses freres germains et à leur hoirs et le tiegnent de nous et de nos hoirs seigneurs et *Contes de flandre* en fief perpetuelement à *homage lige* et si JEHANS nostre fuis devant dis navoit hoir ne si frere germain hoir aussi de leur char, lesdites terres après la mort de

a *Moerkerke*.

de JEHAN nostre fil et de ses freres germains revenroient à son frere hoir et segneur de *flandre* ou à ses hoirs *Contes de flandre*, et dès maintenant se de nous estoit defailli nous volons que nostre chiere Conpaigne ISABEAUX *Contesse de flandre* et *de Namur* tiegne et manie toutes les terres deseur dites et rechoive les pourfis de jceles tant comme ele ara la vie ou cors en acroissement son fief de *Winendale* quele tenra de nos hoirs seigneurs et *Contes de flandres* et que JEHANS nostre fuis deseur dis et si frere germain et ment germain ne leur hoir ne autre ni puissent rien demander tant comme ele viverat et se les terres deseur dites dikies ou nient dikies perdoient ou mens les waignoit aprés chû queles seroient dikies nostre volonté est et lentendons que se on les rewaignoit aprés autrefois ke les demeurent et soient à JEHAN nostre fil et à ses hoirs si comme deseur est dit, et s'il avenoit que aucun es fies deseur dis euist aucun droit et il le peuist monstreir sossisanment, nous volons que se droiture li soit sauf et à cest don c'est octroi fermement tenir sans venir encontre obligons nous et nos hoirs seigneur *Conte de flandres* · en temoignage de laquel chose nous avons ces presentes lettres faites saielair de notre saiel, lesqueles furent donneses l'an del incarnation notre seigneur mil deux cent quatre vingt et deux el mois de Avril. A. 1282. M. Apr.

Et je ROBERT *Cuiens de Neviers Sires de Biethiene* et *de Reuremonde* ainsneis fils à noble Conte deseur dit · et je GUIL-

A. 1282. M. Apr. LEAUME *de flandre* fis à devant dit Conte le don et octroi deseur dis greons, loons et approvons, et avons promis et promettons par nos fois et par nos sairemens que nous dore en avant ne veinrons par nous ni par autrui contre le don et octroi devant dis et prions et requerons à trés haut et trés Excellent Seigneur par la grace de Dieu *Roy de france* quil le don et octroi si comme il est ci deseur contenu veille confermer de la majesté Royal · et nous destraindre au tenir se nous que ja naviegne alienés par nous ou par autrui contre les choses devant dites en toute ou en partie en seurteit de laquele chose nous à ces presentes lettres fait mettre nos saiaus avoec le seael nostre chiere seigneur et pere le Conte devant nomei, ce fut fait et donei l'an de lincarnation de notre seigneur mil deux cent quatre vint et deux el mois d'avril desseur dit.

Nos ad requisitionem dictorum GVIDONIS *flandriensis* et B. *Nivernensis Comitum* et dicti G. *de flandrie* presencium coram nobis donationes et concessiones predictas prout superius continentur ratas habentes et gratas, eas quantum in nobis est volumus et approbamus, quod ut ratum et stabile permaneat in futurum presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum salvo in aliis iure nostro et iure quolibet alieno actum Parisiis anno Domini M°. CC°. octogesimo secundo mense iunio.

* * *

Emba; est appendu ledit seel en cire

ver-

verde, Concorde à l'Original ré- A. 1282. M. Apr.
posant dans les Archives du Con-
seil de S. M. à Namur.

DE POSSON Greffier adjoint
dudit Conseil.

N. CCCVII.

RVDOLPHVS Rex Germ. citari iubet Episcopum Cameracen- A. 1282. d. 18. Apr.
sem, ad perhibendum testimonium de vi ipsi illata a
GVIDONE Comite Flandriae, quando iussu Impe-
rii IOHANNEM Comitem Hannoniae in ter-
ras ipsi concessas introducere voluit.

A. 1282. d. 18. Apr.

Ad Excurs. VII. p. 227.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1175.)

N. CCCVIII.

RVDOLPHVS mittit Legatos cum mandatis ad Episcopum Ca- A. 1282. d. 31. Maii.
meracensem. Responsio Episcopi ad interrogationes iussu
Regis factas, circa res gestas a parte Comitis Flandriae.

A. 1282. d. 31. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 227. (1).

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I p. 1176-1180.)

(1) Variae nimirum hae sunt Chartae, quarum prima est Epistola Missorum ab Imper. Rudolpho, ad Episcopum Camerac., ut certior reddatur,

A. 1282. d. 31. Maii. tur, quid Episcopo in exsecutione sui mandati acciderit, d. 31. Maii 1282.

Altera est inserta Epistola *Rudolphi* Regis ad Episcopum Camerac., qua mandat, ut coram Rege se sistat, et testimonium perhibeat, d. 18. Apr. a. 1282.

Tertia, nova *Rudolphi* Epistola ad eumdem Episcopum, qua mandat, ut Episcopus de re gesta suis Legatis testimonium perhibeat, d. 15. Maii a. 1282.

Quarta, responsio Episcopi, qua narrat, quantum ipsi obstiterit Comes Flandriae, quo minus negotium sibi commissum exsequeretur, d. 27. Maii a. 1282. s. fer. IV. post Trinit.

N. CCCIX.

A. 1282. d. 15. Iun. N. 1.

Sententia Imperii in Conventu Wormatiensi adversus *Guidonem* Comitem Flandriae lata, praesente IOHANNE de Avesnes, Comite Hannoniae.

A. 1282. d. 15. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 227.

(MARTENE et DVRAND l. l. p. 1181-1183.)

RVDOLPHVS Dei gratia Rom. — — —

Ad universitatis vestrae notitiam duximus deferendum, quod praesidentibus nobis feria V. post Dominicam qua cantatur: *Misericordia Domini*, in Iudicio apud *Haghenoyam*, praesentibus venerabilibus WERNHERO Maguntino, et H. Treverensi, *Archiepiscopis*, et Spirensi ac Argentinensi *Episcopis*, Illustribus L. *Comite palatino Rheni*, *Duce Bauwariae*, et OTTONE *Marchione de Brandemburch*, principibus nostris, et nobilibus viris E. *de Cantzenelentbogen*, H. S. *Vurtenberg*, E. *de Vriburgo* . . .

go . . . *de Diech* . . . et *de Spanheim Comitibus*, et quampluri- A. 1282. d. 15. Iun. N. I.
bus aliis imperii fidelibus, ſpectabilis vir IOHANNES *de Aves-nis Haynoniae Comes* contra GVIDONEM *Comitem Flandriae* ibidem praeſentem propoſuit, quod ipſe *Comes Flandriae* et ſui ipſum *Comitem Haynoniae* prohibuerant, et impediverant, quominus libere, quiete ac utiliter poſſideret *terram de Alost*, *terram ſuper Scaldam*, *terram Geraldi-montis*, *terram Waſiae*, et *terram Quatuor-officiorum*, cum omnibus attinentiis ſuis, quas eidem *Haynoniae Comiti* in feodum conceſſeramus iamdudum: in quarum poſſeſſionem, iuxta mandatum noſtrum, et curiae noſtrae ſententiam, per venerabilem I. *Cameracenſem Epiſcopum* mitti iuſſimus, et miſſus fuit, petens idem *Haynoniae Comes* ſibi de eodem *Comite Flandriae* iuſtitiam exhiberi. Quo iſta negante, litem conteſtando ſententiatum fuit, et per ſententiam ibidem approbatum, quod ſuper hoc dictum *Epiſcopum* executorem ad noſtram deberemus praeſentiam evocare; vel ſi legitimo impedimento detentus venire non poſſet, coram nuntiis noſtris, quos ob hoc ad eius deſtinaremus praeſentiam, per iuramentum corporaliter praeſtitum ab eodem, deponeret veritatem, et eam ſub litteris ſuis patentibus per proprium nuntium ad noſtram deferret notitiam, praefixa per nos iuxta ſententiam praedictorum *Archiepiſcoporum*, *Epiſcoporum*, *Principum*, *Comitum*, et aliorum imperii fidelium ad hoc, et ut in dicto negotio procederetur, et fieret quod curiae noſtrae dicta-

ret

A. 1282. d. 15. Iun. N. 1. ret ſententia dictis Comitibus pro termino peremtorio, feria II. post festum beati *Barnabae* Apoſtoli.

Nuntiis igitur nostris, iuxta formam dictae ſententiae, ad praeſatum *Cameracenſem Epiſcopum* cum tenore eiusdem ſententiae venientibus, quia propter legitima impedimenta, quae per procuratorem ſuum postmodum ea in animam iurantem, coram celſitudine nostra docuit esſe vera, perſonaliter ad nos nequivit accedere, coram nuntiis nostris antedictis ſecundum formam praeſcriptae ſententiae iuratis depoſuit de praemisſis puram quam novit et ſimplicem veritatem, ut eam nobis per proprium nuntium et procuratorem, ac litteras ſuas patentes in dicto termino deſtinavit.

Auditis autem, lectis et expoſitis litteris huiusmodi in iudicio coram nobis pro tribunali ſedentibus apud *Wormaciam* feria II. praedicta, praedicto *Comite Haynoniae Comite* praeſente, et ſecundum tenorem depoſitionis praedicti Epiſcopi ſibi iuſtitiam fieri cum inſtantia postulante; praeſato vero *Flandriae Comite*, nec per ſe, nec per procuratorem aliquem comparente, ſed ſe per contumaciam abſentante, per communem venerabilium *Wormacienſis* et *Spirenſis Epiſcoporum*, illuſtris OTTONIS *Marchionis de Brandenburg* principum nostrorum nobilium virorum, R. *Gelriae*, G. *Seynenſis*, H. *de Vueldenze*, E. *de Catezenelenbogen* .... *de Naſſo* .... et *de Diech Comitum Walranni de Vualkenburg* et *de Hainsbourg*, ac aliorum baronum

num et imperii fidelium ſententiam, praedictae terrae cum omnibus pertinentiis ſuis abiudicatae fuerunt et ſunt praedicto *Comiti Flandriae*, eius contumaci abſentia non obſtante, et adiudicatae *Haynoniae Comiti* praenotato. Et fuit etiam per eamdem ſententiam dictatum et obtentum, quod ſecundum relationem nuntiorum noſtrorum praedictorum, tenorem depoſitionis praedicti *Cameracenſis Epiſcopi*, et formam litterarum ſuarum antedictarnm, necnon relationem nuntii ac procuratoris dicti Epiſcopi, praedictum *Flandriae Comitem* pro eo quod ipſe per ſe et ſuos dictum *Haynoniae Comitem* prohibuerat et impediverat, ut oſtendit clare tenor depoſitionis praedictae, quominus dictarum terrarum ſibi per nos, prout est expreſſum ſuperius, in feodum conceſſarum, in quarum poſſeſſionem auctoritate et mandato noſtro ſaepedictus Epiſcopus procuratorem dicti *Comitis Haynoniae* nomine eius miſit, utili, quieta et vacua poſſeſſione gauderet, de iure praeſcribere, ac eumdem *Haynoniae Comitem* adiuvare et deffendere, prout poſſibile nobis fuerit, ut dictarum terrarum poſſeſſionem, quam per executionem iuris iam habet liberam et vacuam, amoto quolibet detentore, et ſpecialiter GVIDONE *Comite Flandriae*, nanciſci valeat, debeamus, ac omnes ipſi *Comiti Flandriae* in contumacia et in iniurioſa violentia aſſiſtentes ſimiliter proſcriptionis mucrone ferire.

A. 1281. d. 15. Iun. N. 1.

Item. Sententialiter fuit ab omnibus ſupradictis eodem tempore

A. 1282. d. 15. Iun. N. I. pore deffinitum, quod idem *Comes Haynoniae* praedictarum terrarum, hominum, iurium et pertinentium ad easdem in toto vel in parte, per se et suos possessionem possit accipere, ac intrare et se intromittere de eisdem, quandocumque sibi visum fuerit expedire, nec in hoc in alicuius iniuriam aliquid reputabuntur egisse, nec *unde vi* interdicto teneri.

Praeterea in eadem iudicii instantia similiter extitit sententialiter iudicatum, quod dictus *Haynoniae Comes*, tamquam iuris praedictarum terrarum et attinentiarum suarum possessor, pro ipsis terris, quoad ipsum *Flandriae Comitem*, et quoslibet alios non actoris, sed rei debeat praesentare personam, si aliquis umquam hominum dixerit sibi ius competere in praedictis. Quas sententias, utpote rationabiles, ab omnibus de iure approbatas laudamus et approbamus, et ex certa scientia confirmamus; in quorum omnium testimonium praesens scriptum exinde conscribi, et maiestatis nostrae sigillo iussimus communiri.

Actum *Wormatiae* XVII. Cal. Iulii, Indict. X. anno Domini MCCLXXXII. regni vero nostri anno IX.

N. CCCX.

N. CCCX.

RVDOLPHVS Rex Germ. mittit ad *Ingeramnum* Episcopum Cameracensem, nec non ad WILHELMVM de Montfort *Canonicum Traiectensem*, *Officialem Praepositi Traiectensis* (1), sententiam in Conventu Wormacensi adversus Comitem Flandriae latam, iisque iniungit, ut publice in Ecclesiis suae Dioeceseos denuncient, quo omnes, qui Feuda possident in *Terris de Alost*, *Quatuor-officiorum*, *Wasia*, et *Terra supra Scaldam*, ea a Comite Hannoniae tamquam Domino deinceps recipiant. A. 1282. d. 15. Iun. N. II.

A. 1282. d. 15. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 228.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1183.)

(1) Dedit MARTENE literas tantum Regis ad *Episcopum Cameracensem*; testatur autem p. 1184. exstare in eodem CARTARIO HASNONIENSI *Dominorum de Avesnis eiusdem tenoris literas ad* OFFICIALEM PRAEPOSITI *Traiectensis*. Hunc autem dictum fuisse *Wilhelmum de Montfoort*, liquet ex eius responsione, quam ad d. 29. Iul. a. 1282. memoramus.

N. CCCXI.

A. 1282. d. 15. Iun. N. III. RVDOLPHVS Rex Germ. iniungit Nobilibus reliquisque Terrarum illarum ſubditis, ut Comitem Hannoniae Dominum agnoſcant, et ab eo Feuda ſua quantocius recipiant.

A. 1282. d. 15. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 228.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1184.)

RVDOLPHVS Dei gratia — — Vniverſis *Vaſſallis*, Rectoribus, Villicis, Iuſtitiariis, Scabinis, et Vniverſitatibus Civitatum, Oppidorum et Villarum, ac Popularibus univerſis *Terrae Geraldi-montis*, *Terrae de Aloſt*, *Terrae Quatuor-officiorum*, *Terrae Waſiae*, et *Terrae ſupra Scaldam*, et attinentiarum ſuarum gratiam ſuam et omne bonum.

Quia — —

N. CCCXII.

A. 1282. d. 17. Iun. RVDOLPHVS abiudicatis GVIDONI terris ſupra memoratis eum ob contumaciam proſcribit, et extra pacem ponit.

A. 1282. d. 17. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 228.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1185.)

N. CCCXIII.

N. CCCXIII.

RVDOLPHVS Rex Germ. concedit FLORENTIO V. Comiti Hollandiae, fideli ſuo, ut, ſi ſine *maſculo herede* legitimo decedat, filiae ipſius in Comitatu et Feodis ſuccedant. Si vero maſculo herede impubere relicto decedat, uxor eius tutela fungatur, quamdiu ad alteras nuptias non transeat. A. 1282. d. 19. Iun.

A. 1282. d. 19. Iun.

Vidimus IOANNIS Abbatis S. Petri Gandenſis, a. 1296.

Ad T. I. P. I. p. 176. b. et P. II. p. 231. 462.

(Ex Originali, in Archivis Camerae Ration. Inſulens.)

Vniverſis preſentes litteras inſpecturis I...... Dei patientia *Abbas Monaſterii ſancti Petri Gandenſis*, ſalutem in Domino. Noveritis nos litteras infraſcriptas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, ſigillo Domini RVDOLPHI quondam *Romanorum Regis* ſigillatas vidiſſe in hec verba.

RVDOLFVS Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, univerſis *Imperii Romani* fidelibus preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum dum ad fidelium ſubditorum utilitates et commoda ſolite benignitatis inclinamus intuitum ipſos ad noſtram devocionem accendimus et *in fide ſacri Imperii* fortius roboramus, noverint igitur univerſi tam preſen-

A. 1282. d. 19. Iun. tes quam posteri quod nos (1) pure fidei et fincere devotionis infignia quibus nobilis vir FLORENTIVS *Comes Hollandie* dilectus noster fidelis nos et facrum veneratur Imperium benignius intuentes fibi hanc gratiam duximus faciendam quod fi ipfum *fine mafculo herede legitimo* contingat decedere filie fue (2) in *Comitatu et feodis* (3) que *tenet a nobis* et *Imperio* fuccedant eidem, ampliorem quoque fibi gratiam facientes ipfi liberaliter indulgemus quod fi cum relicto mafculo herede impubere (4)

(1) *Nos*] De Originali hac Charta per formam *Vidimus* data fic Ill. Dom. DE GRIJPSKERKE *MS. befchr. van Zeel.* bl. m. 83. *De Originele van Rudolphus* 13. *Kal. Iul. met een* VIDIMVS *van den Abt van S. Pieter te Gent is onder de Chartres op het Casteel te Rupelmonde.* Nimirum ibi fuo tempore asfervabatur cum reliquis omnibus, quas nunc ex Archivis Infulenfibus profero.

(2) *Filie fue*] Florentius V. (qui natus est a. 1254.) a. 1281. d. 5. Iul. (MIER. D. I. bl. 412. ex RYMER *Act. publ. Angl.* T. II. p. 175. fq.) pactum matrimonii confociaverat inter Regis Angliae filium *Alphonfum* et filiam fuam *Margaretam*, *maritandam una cum medietate totius terrae fuae;* adiecta 1°. conditione: *fi de nobis*, inquit, *contingat humanitus, nullo filio nostro mafculo fuperstite, dicta filia nostra erit haeres nostra in omnibus terris nostris* etc. Hinc credibile Comitem hoc tempore nondum alios habuisfe liberos, quam hanc *Margaretam*, *ad praefens in aetatis teneritate* pofitam, ut verba Chartae oftentant; non commisfurum alioquin, ut dimidiam omnium bonorum partem uni filiae dotis titulo daret. 2°. Quod fi *liberis intra aetatem existentibus* moriatur, Nobiles et Vrbes *iurare faciet*, ut regimen *terrae fuae et liberorum* fit penes Regem Angliae. 3°. Adiecta etiam promisfione, quod *ad maiorem fecuritatem omnia praedicta per Regem Alemanum* procuraret *confirmari.* Ex hoc igitur Pacto cum Rege Angliae profluxisfe videtur haec *Rudolphi* Regis beneficentia, qua indulget, ut, *fi ipfe fine mafculo herede legitimo* vita fungatur, *filiae fuae in Comitatu et feodis* Imperii fuccedant. Quid postea nato *filio* contigerit, docet Pactum d. 12. Aug. a. 1284. ibid. RYMER T. II. p. 283. et

ab hac luce migrare contigerit uxor sua si superstes fuerit *offi-* A. 1282.
tio tutele fungatur quam diu ipsam ad secunda vota procedere d. 19. Iun.
non contingit. In cuius rei testimonium presens scriptum maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum *Wormaci* XIIJ. Kalendas Iulii Indictione decima anno Domini M°. CC°. LXXXIJ°. Regni vero nostri anno IX°.

Nos vero Abbas predictus in testimonium rei huius sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

et hinc MIERIS D. I. bl. 439. cf. p. 450. 455. sqq. etc.

(3) *Comitatu et Feodis*] Notate distinctionem *Comitatus et Feodorum*, in quae successio nunc etiam *filiabus* conceditur; nulla bonorum *alodialium* iniecta mentione; quippe in quae succedendi facultate per se gaudebant *Florentii* liberi, tamquam privati patris heredes. Discerni igitur etiam debet, quod hic sermo sit de *Comitatus Hollandiae* successione feudali, quae nihil commune habebat cum illo *Dominio*, de quo inter *Flandros Hannoniosque* acerrima controversia agebatur, tam ratione Terrae iuxta Scaldem quam reliquarum. Videtur autem Florentius, etsi a *Rudolpho* Rege d. 19. Dec. a. 1281. admonitus, suum interim commodum strenue secutus; et nunc his, nunc illis, partibus adhaesisse, prout ex re sua fore videbatur. Obedivit tamen ad tempus *Florentius*, et d. 31. Aug. a. 1282. pactum cum *Ioanne* Hannoniae iniit de mutua ope praestanda contra Guidonem Flandriae Com. Quod quamdiu duraverit, colligi potest ex pacto *Florentii* cum *Guidone*, d. 15. Mai. a. 1283. quo promittit se non toleraturum, ut quisquam de suis subditis *Ioannem* Comitem adiuvet contra *Guidonem*.

(4) *Impubere*] Nihil diserte Florentius statuerat, si heredem masculum relinqueret: cavet igitur nunc per Imperatorem, ut coniux *tutrix* esset. Vnde postea, nato *Ioanne* filio, rixae inter Regem Eduardum et Comitem ortae, quas habetis in literis Regis Eduardi ad ADOLPHVM Reg. Rom. RYMER *Act. Publ.* T. II. p. 717. et hinc apud VAN LOON *Leenroer. van Holl.* Probb. P. I. p. 59.

Col-

* * *

A. 1282. d. 19. Iun.

Collationné au Vidimus Original en parchemin ſcellé du ſcel de cet Abbé en cire verte, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] à Lille, le 10. May 1776.

GODEFROY.

N. CCCXIV.

A. 1282. d. 29. Iul. WILLELMVS de Montfoort, Canonicus Traiectenſis, et Officialis Praepoſiti, acceptis Regiis literis, reſpondet, ſe eius mandatis paruiſſe, et *Bierylietum* omnes arceſſiviſſe iisque denunciaſſe, ut ſua quisque *Feuda* ab IOANNE de Avesnes recipiant.

A. 1282. d. 29. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 219.

(MARTENE et DVRAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1186.)

Victorioſisſimo ac Illuſtrisſimo *Domino ſuo* RVDOLPHO *Romanorum Regi ſemper Auguſto*, WILHELMVS *de Montfort*, Canonicus Traiectenſis et Officialis Domini Praepoſiti, et Archidiaconi maioris ſe totum, cum omni eo, quod audet et poteſt obſequii, reverentiae, vel honoris.

Litteras celſitudinis veſtrae praeclarae — — —

——— ——— ——— ———

Datum anno Domini MCCLXXXII. feria quarta post Iacobi et Christophori.

N. CCCXV.

N. CCCXV.

WERNHERVS Archiepiscopus Moguntinus confirmat priora acta Regis Rudolphi. A. 1282. d. 16. Aug.

A. 1282 3 d. 16. Aug. (1).

Ad Excurs. VII. p. 232.

(MARTENE et DVRAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1190. et GVDEN. *Cod. Dipl.* T. I. p. 805.)

(1) Rectius collocatur haec Charta ad a. 1283. 16. Aug. uti est in MARTENE et GVDENO; memorat quoque illam Vir Consult. IZ. VAN DER DOES in egregia sua Diatriba Iur. Publ. *de Vinculo, quod olim inter Dioecesin Traiectin. et Imperium Romano-Germanicum intercessit*, p. 58. sq. a. 1775.

N. CCCXVI.

IOANNES Dux Westphaliae, cett.

Vid. supra p. 844.

Ad Excurs. VII. p. 232.

N. CCCXVII.

Pactum inter IOANNEM de Avesnes, et FLORENTIVM V. Comitem Hollandiae de mutua ope praestanda adversus Comitem Flandriae. A. 1282. d. 31. Aug.

A. 1282. d. 31. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 230.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1132. et hinc MIERIS *Charterb.* D. I. bl 364. ad a. 1272. (1)).


NOS FLORENTIVS *Comes Hollandiae* notum facimus univer-

(1) Satis evidens est, hoc *Florentii* Comitis promissum fluxisse ex mandato Regis *Rodulphi*, qui d. 19. Dec. a. 1281. Florentio iniunxerat, ut *Iohan-*

A. 1282. d. 30. Aug. versis, quod fide manuali et sacramento corporali ad assistendum et iuvandum carissimum consanguineum nostrum (2) IOHANNEM *de Hainnonia* omni auxilio (3). — —

nem de Avesnes adiuvet, et in possessionem terrarum, nominatim *Terrae iuxta Scaldem sitae*, immittat. Interest autem genuinae historiae, ut Diplomata et Chartae suis quaeque *annis* et *diebus* recte alligentur. Sine ordine enim ambae hae Chartae apud MIERIS collocantur, haec ad a. 1272. illa ad a. 1282.

(2) *Nostrum*] Erant nempe amitini; quod ex hoc schemate patet:



(3) *Auxilio*] Digna haec est Charta ut penitius inspiciatur. FLORENTIVS V. qui hoc tempore *Zeelandiam in feudum* a socero *Guidone* tenebat, iussu Regis promittit *Iohannem de Avesnes* Comitem Hannoniae adiuvare in acquirendis his terris contra *Guidonem* ipsum. Quantum hoc abest ab nostratium opinione, quasi hae terrae Hollandorum tunc fuissent dominium. Quam facile enim fuisset *Florentio* has sibi terras suo iure vindicare, si ulla tunc praetensi huius iuris umbra exstitisset. Sed contentus fuit Florentius, possidere *Feudum; directum Dominium* Comiti *Hannoniensi* relinquens. Paullo vero post ab hoc Pacto *Florentius* resiliit. Vid. infra Chart. d. 15. Maii a. 1283.

N. CCCXVIII.

N. CCCXVIII.

Pactum inter IOANNEM de Avesnes, Comitem Hannon. et IOANNEM de Aldenarde contra GVIDONEM Flandriae Comitem. A. 1282. d. 13 Sept.

A. 1282. d. 13. Sept.

Ad Excurs. VII. p. 227.

(MARTENE et DVRAND *Thes. Anecd.* T. I. p. 1187.)

Nous JEHANS *d'Avesnes Cuens de Haynnau* —— ——

Ke nous nule pais ne ferons à noble homme GUYON *Conte de Flandres* no oncle —— ——

CCCXIX.

FLORENTIVS Comes Hollandiae bona Monasterii Affligemens. sine teloneo in perpetuum transire permittit in *Aquis*, quae vulgo *Honte* vocantur. A. 1283. d. 13. Ian.

A. 1283. d. 13. Ian. [l. 20. Nov.]

Ad Excurs. VII. p. 141, 143, 329. *not.*

(Ex Originali in Archivis Monasterii Affligem., quae servantur in Arch. Ill. Archiepiscopi Mechliniens. MIERIS Belgicam tantum habet versionem.)

FLORENTIVS *Comes Hollandie* Vniuersis presentia visuris. salutem et noscere veritatem. Notum vobis facimus publice protestantes quod quidam nostri homines *infra honte* et *hinkel* com-

A. 1283. d. 13. Ian. commorantes coram nobis et nostris hominibus recognouerunt quod viri religiosi siue eorum nuncij Affligenensis monasterii rebus propriis siue bonis qualescunque fuerint per aquam que *honte* dicitur libere ac sine aliqua exactione thelonei pertransibunt presentium testimonio litterarum. Datum in crastino pontiani anno domini . M. CC. LXXX. Tertio.

* * *

Appendet Sigillum in cera rufa, de cauda ex pergameno duplici, in quo conspicitur *Florentius*, in pectore cum scuto *Leonem* exhibente. In phaleris ad caput et in dorso equi insuper *Leones* scandentes. In contrasigillo adhuc fere integro, etiam scutum cum *Leone*, quod tenetur ab Aquila vel Gryphe, cum perigr.

SECRETV̄: FLORĒCII. C . . . . . S: HOLLĀDIE:

CCCXX.

A. 1283. d. 15. Maii. FLORENTIVS V. Comes Hollandiae promittit GVIDONI Comiti Flandriae, socero suo, non passurum sese, ut quisquam ex suis terris IOHANNEM Hannoniae Comitem, nepotem, opem praestet adversus GVIDONEM; non impune vero laturum, si quis hoc facere sustineat.

A. 1283. d. 15. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 231.

(Ex Originali in Archivis Camerae Ration. Insulens.)

Nous FLORENS *Cuens de Hollande* faisons savoir a tous ke nous avons promis et promettons et avons en couvent loiau-

loiaument et en bonne foi a haut et noble homme no tres chier feigneur et pere GUION *Comte de flandres* et *Marchis de Namur* ke nus homs de nos tierres quels ke il foit ne fera aidans encore nule ne en nule maniere a JEHAN *Comte de haynaut* no coufin ne a nul de fes freres contre no cier *feigneur et pere* devant dit tant ke guerre et male amours foit ne dure entre luy et no coufin JEHAN *Comte de hainau* devant nommé, et s'il avenoit ke aucuns homs de nos terres quels ke il fust aidast a no coufin JEHAN *Comte de hainau* et a fes freres en quel cofe ke ce fust ou en quel maniere contre no chier *feigneur* et *pere le Comte de flandres* defeure dit nous tenriens et tenons kil l'aroit fait et feroit contre nous et encontre nostre honneur, et nous emprenderiens a luy crueufement de tout no pooir et amender le feriens en tel maniere ke nos chiers fires et pere GUIS *Cuens de flandres* et *Marchis de Namur* devant nomméis fen tenroit bien et fouffisfanment a paié, en tesmoingnage et en feurté de laquel cofe, nous avons ces prefentes lettres faelées de notre fael ki furent données l'an de l'Incarnation notre feigneur mil deus cens quatre vins et trois le femmedy aprés les trois femaines de Paskes el mois de may.

A. 1283. d. 15. Maii.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin fcellé du fcel dudit Florent pareil à celui qui est dans VREDIUS Planche

A. 1283. d. 15. Maii. che 36. étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 29. May 1776.

GODEFROY.

N. CCCXXI.

A. 1283. d. 31. Maii. GVIDO Comes Flandriae filiae Beatrici dotis nomine libras 10000. monet. Flandr. adsignat.

A. 1283. d. 31. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 234. et 334.

(Ex Archivis Namurcensibus mecum communicavit Ill. Comes de Neny.)

Nous GUIS *Cuens de Flandres* et *Marchis de Namur* faisons savoir à tous cheaus ki ces presentes lettres verront et oront ke nous en no plaine vie et en bon avisement avons asſenné et

(1) *Marieé*] Si verba huius Chartae ſpectes, videntur ea quam clarissime evincere, *Beatricem* hoc menſe a. 1283. nondum nupsiſſe FLORENTIO V. Com. Holl., ſed pacta ſponſalia iam fuiſſe confirmata, unde in praeced. Charta d. 15. Maii a. 1283. FLORENTIVS Guidonem vocaverit *Dominum* ſuum et *Patrem*. Quo ſpectant quae obſervavi ad EXCVRS. VII. p. 334. (*m*). et p. 230. Debuit tamen paullo post nupsiſſe, ſiquidem in MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 439. d. 12. Aug. a. 1284. iam habetur Pactum ſponſalitium inter Florentii V. filiam *Margaretam* et Eduardi Regis Angliae filium, ex RYMER *Act. Publ. Angl.* T. II. p. 283. Atque haec hactenus bene. Verum ingens hic oritur dubitatio de tempore matrimonii Beatricis. Praeter illud enim pactum ſponſalitium Florentius V. Comes iam a. 1281. d. 5. Iul. cum Rege Angliae Pactum inierat, (apud RYMER *Act. Publ. Angl.* T. II. p. 175. ſq. et hinc MIE-

et asfennons et donnons à notre chiere fille BETRIS ke nous avons de notre chiere compaigne YSABEL *Contesse de Namur* en non de *mariage* dis mil lib'. de le monoie *de flandres* à paier et a prendre en tel forme et en tel maniere et à teus paiemens ke ci aprés est divifeit et efcrit c'est à favoir ke s'il avenoit ke de nous defaufist devant ce ke nous notre fille devant ditte eusfiemes mariée ou asfenneé ke nous volons ke li fomme des dis mil lib. devant dites li foit payé et delivrée dedens les deus prochains ans aprés ce ke de nous feroit defaillit chascun an cinc mil lib'. de ladite monoie et le fomme des dis mil lib'. devant dites asfennons nous et avons asfenné a prendre et à rechevoir four notre hoir · *Conté de flandres* et volons qu'il les pait et delivre à notre fille devant dite en le forme et as paiemens et as termines defeur nommeis et contenus · et ordennons ke fil avenoit ke il defaufist de notre fille devant dite *devant ce kele fust marieé* (1) ou asfenneé ou ke nous le eusfiemes marieé ou A. 1283. d. 31. Maii.

MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 412.) quo promiferat, fe daturum filio Regis *Alphonfo* filiam fuam *maritandam una cum medietate totius terrae fuae*; ita ut *fi de fe contingat humanitus, nulla filio masculo relicto, filia fua foret heres* fua *in omnibus terris fuis.* Quibus e verbis clare apparet, Florentium hanc filiam ex *Beatrice* iam fuftulisfe a. 1281. adeoque uxorem iam tunc habuisfe. Dantur viri Docti, qui eius nuptias iam retrahunt ad a. 1269. vel 1270. Vid. WAGEN. *Vad. Hist.* D. III. bl. 9. et V. D. P. PAVL. Disfert. *de Zeelandia cis Scaldim Flandriae quondam Feudo* p. 67. Verum haec Charta ita loquitur, ut Florentius tunc temporis non nifi unicam hanc filiam habuisfe videatur. Cf. fupra p. 862. (2). Quidquid autem hoc est, res mihi manet dubia et amplianda, dum clariora obtingant; nifi dicamus, annum Chartae a. 1281. in mendo cubare, et legi oportere a. 1284. d. 5. Iul.

Vn-

A. 1283. d. 31. Maii. ou asfennée en no vivant et nous eusfiemes autre fille de YSABEL notre chiere conpaigne devant dite nous volons ke tous li devant dis asfennemens des dis mil lib'. devant dites entierement et fans debat reviegne et defcende à celi fille felonc le maniere et le forme defeure dite et expresfeé, en tiesmoignage et en feurté de toutes les chofes devant dites avons nous ces prefentes lettres faielées de notre faiel et prions et requerrons à nos chieres ameis fis ROBERT *Conte de Navers*, GUILLAUME et BAUDUIN fes freres kil toutes les chofes devant dites voellent greer loer approuver confentir et confermer par leur faiaus, et nous ROBERS *Cuens de Navers* GUILLAUMES et BAUDUINS fil à haut home et noble no très chier feigneur et pere GUION *Conte de flandres* et *Marchis de Namur* devant dit à fe priere et à fe requestre toutes les devant dites chofes tout en autel maniere keles font defeure efcrites et divifées loons greons approuvons confentons et confermons et avons encouvent à tenir bien et fermement et loiaument à complir pour nous et pour nos hoirs aprés nos decés, et prions et requerrons à trés haut et trés excellent feigneur, par le grasfe de Dieu *Roi de france* ke il s'il avenoit ke ja naviegne ke nous

Vnde fimul ratio dari posfit, cur ex altero Pacto d. 12. Aug. a. 1284. ad a. 1285. reducendo, nonnihil in conditionibus fit immutatum, et pro *dimidio*, *quarta pars* terrae, dotis nomine fit fubftituta; quia tunc interim natus ei filius fuit *Ioannes*, cuius causfam illic etiam agit.

nous par nous ne par autruy alisiemes de riens encontre le assennement et les divises deseure noumeés nous destraigne et fache destraindre à tenir et entierement à complir tout en tel maniere ke deseure est dit, escrit et expresseit en tiesmoignage et en connissance de laquele chose nous avons mis nos saieus à ces presentes lettres, ce fut fait lan del incarnation nostre seigneur jhu crist mil deus cens quatre vins et trois le darain jour de Mai. A. 1283. d. 31. Maii.

* * *

An bas sont appendus quatre seaux en cire jaune, Concorde à l'Original réposant dans les Archives du Conseil de S. M. à Namur.

DE POSSON Greffier adjoint dudit Conseil.

CCCXXII.

WITTO de Valkenesse aliique concedunt Abbatiae Affligemensi telonei immunitatem in Aquis de *Honte* dictis. A. 1283. d. 27. Nov.

A. 1283. d. 27. Nov.

Ad Excurs. VII. p. 140.

(Ex Originali in Archivis Monasterii Affligemensis.)

Vniuersis presentes litteras inspecturis et audituris WITTO *de valkenesse* miles. ARNOLDVS frater eius. NICHOLAVS

A. 1283. d. 27. Nov. *de stapele* · IOHANNES filius *kimpe* · NICHOLAVS et WILLELMVS fratres eius · salutem et cognoscere veritatem · Nouerit vniuersitas vestra quod nos ob remedium animarum nostrarum et omnium predecessorum nostrorum concessimus viris religiosis · abbati et conuentui monasterii *hassigenien̄* quod per *thelonea* nostra que percipere possumus et solemus *in aquis* contra *valkenesse* que *honte* vulgariter appellantur res ipsorum qualescunque seu quecunque fuerint sine qualibet solutione thelonei vel exactione libere valeant in perpetuum pertransire · Hac tamen conditione annexa quod si cum rebus ipsorum res alique ducerentur occulte ipsorum nomine que ad ipsos minime pertinerent · cum hoc fuerit manifestum · de talium rerum theloneo restituendo *in quadruplum* et soluendo respondere ipse · · abbas et conuentus predicti monasterii tenebuntur salua tamen ipsis manente libertate thelonei prius dicta · Et ne super hijs in posterum a nostris successoribus vel ab aliquo eorundem valeat dubitari presentes litteras viris religiosis predictis sigillis nostris vna cum sigillis virorum nobilium ·

Domini hugonis de cruninghen · et
domini walteri fratris eius militum ·
domini ade inuestiti de valkenesse ·
Egidii de scoudee ·
Willelmi berton ·

contulimus roboratas · qui predictę quiteclamationi et liberta-

tis

tis concesſioni perſonaliter interfuerunt cum multis alijs fide dignis. Datum et actum anno domini M · CC · octogeſimo tertio · ſabbato post katerinae · A. 1283. d. 27. Nov.

* * *

Appendent novem ſigilla, viridi cerae impreſſa, pleraque; ſc. 1um, 4, 5, 6, 7, 8. ſana et integra: 3um et 9. nonnihil abraſa; 2um avulſum penitus; omnia de caudis duplicibus pergamenis. In primo Sigillo diſtincte legitur:

S' HVGONIS MILITIS DÑ DE CRVNĪGHE.

N. CCCXXIII.

RVDOLPHVS Rex Germ. IOANNEM de Aveſnes Vicarium ſuum generalem conſtituit in partibus Tuſciae. A. 1284. d. 1. Maii.

A. 1284. d. 1. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 232.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1191.)

N. CCCXXIV.

GVIDO Comes Flandriae, et IOANNES de Aveſnes Comes Hannoniae, compromittunt in IOANNEM Epiſcopum Leodienſem et BVRCHARDVM Electum Metenſem, ſuper diſcordiis inter ipſos exortis. A. 1284. d. 19. Iun.

A. 1284. d. 19. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 234.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1194.)

N. CCCXXV.

A. 1284. d. 3. Dec. PETRVS Belart, et HVGO eius filius ac heredes Libertatem telonei in Aquis dictis *Honte* dant Abbatiae Affligemensi.

A. 1284. d. 3. Dec.

Ad Excurs. VII. p. 141.

(Ex Originali in Archivis Abbatiae Affligemensis, quae adservantur in Palatio Archiepiscopi Mechlin. Novit MIERIS nonnisi Belgicam versionem.)

Vniuersis presentes litteras inspecturis · PETRVS dictus *belart* · et HVGO filius eius dictus *kimpe* et eorum heredes · WALTERVS dictus *belart* · HENRICVS et IOHANNES fratres WALTERI filij HENRICI dicti *de hille* · ARNOLDVS filius ARNOLDI dicti *belart* · WOLFARDVS filius dicti BERTON · ARNOLDVS filius WALTERI dicti *belart* · WALTERVS IOHANNES et PETRVS fratres ARNOLDI predicti · HVGO filius WILLELMI · salutem et cognoscere veritatem · Nouerit vniuersitas vestra quod nos ob remedium animarum nostrarum et omnium predecesso-

rum

(1) *Interfuerunt*] Hanc immunitatis concessionem, nec non alteram eiusdem Immunitatis Chartam WITTONIS *de Valkenisse* Militis, et ARNOLDI fratris eius, supra p. 873. fuo confirmavit Diplomate FLORENTIVS Comes, a. 1285. M. Augusto; habeturque ea confirmatio itidem in Archivis Monasterii Affligemensis, quae servantur in Palatio excell. Archiepiscopi Mechliniensis, qui est Abbas istius Coenobii. Verba Comitis haec sunt: *Nos igitur* FLOR. *Com. Holl. prius dictas libertates omnes — — concessas nostre dominationis auctoritate duximus confirmandas.* — Videtur fuisse Principis Teloneum, quod his Nobilibus sive titulo feudi, sive venditionis, vel op-

rum nostrorum concesſimus viris religioſis Abbati et conuentui monaſterii haffligenien̄, quod per thelonia nostra que percipere posſumus et ſolemus in aquis contra *Rilant* quae *honte* vulgariter appellantur res ad vſus proprios ipſorum qualescunque fuerint ſine qualibet ſolutione thelonei vel exactione libere valeant imperpetuum pertranſire· Et ne ſuper hijs inposterum a nostris ſuccesſoribus vel ab aliquo eorumdem valeat dubitari/ preſentes litteras viris religioſis predictis ſigillis nostris A. 1284. d. 3. Dec.

Ego PETRVS dictus *belart*·

Ego ARNOLDVS filius ARNOLDI *belart*·

Ego WOLFARDVS filius dicti *berton*·

Ego ARNOLDVS filius WALTERI *belart*·

contulimus roboratas· Nos vero prenominati qui ſigilla propria non habemus vtimur ſigillis virorum prouidorum domini MENGOVDI presbiteri de *mera*· domini IOHANNIS presbiteri de *rilant*· domini ADE presbiteri de *walkenesſe*/ WILLELMI dicti *berton* qui predicte quiteclamationi et libertatis concesſioni perſonaliter interfuerunt (1)· Da-

oppignerationis, vel quocumque alio modo, iure hereditario dederit obtinendum; quod hodie incertum. Quantum ad rem ipſam, hinc docemur locum, ubi t. t. *Honte* cucurrit, cuius amnis plures rivuli ſeu alvei fuerunt; de quibus ſatis dictum EXCVRS. VII. p. 139. ſqq. Interim cum hoc teloneo confundi non debet alterum illud vectigal Ducis Brabantiae, *per Strienam et Schaldem*, quod aliis *in feudum* datum a. 1212. *per ſententiam Parium* ipſis erat abiudicatum, et cuius dimidiam partem Dux ille *Godefrido de Breda Homini ſuo* in rectum feudum concesſerat. Vid. ſupra p. 342. Videtur tunc temporis *fluvius Striena*, una cum *Scalde*, discriminator fuisſe Territorii.

A. 1284. d. 3. Dec. Datum anno domini . M° · CC° · LXXX°· quarto · dominica prima aduentus domini ·

* * *

Appendent ex caudis pergamenis duplicibus sigilla octo viridi cerae impressa, omnia fere integra, exceptis 5 et 6.

torii Brabantiae et Hollandiae. Habebat autem Brabantus hoc in territorio eiusmodi etiam *teloneum*; ex quo postea temporis ingens fuit controversiarum materia. In hunc *Strienam* amnem, qui *Comitatui* olim *Strienensi* nomen dederat, deveniebatur ex fluvio *Mosa*, ope cuiusdam, ut videtur, canalis, per quem minora navigia transire poterant, dum reliquae maioris moduli naves *Mosam* descendere, et per *fluvium Bornesse* sive *Maasmunde* versus Brabantiam et Zeelandiam navigabant. Ad huius Canalis, in *Strienam* amnem vergentis, initium etiam ab Hollandiae Principe constitutum erat Teloneum, *Strienmondanum* sive *de Strienmonde* dictum. Qui locus *de Strienmonde* clare repraesentatur in Tabula Geographica, quam ad a. 1422. edidit Vir Ampl. VAN DE WALL *Handvest. van Dordrecht* bl. 472.

N. CCCXXVI.

A. 1285. M. Iul. IOHANNES Episc. Traiect. confirmat Aquaeductum *de Lopeke* usque ad *Yslam* et Slusam in eius exitu.

A. 1285. Mense Iul.

Ad Chart. seq. d. 1. Iul. a. 1285.

(Ex Apographo authentico in supremo Concilio, quod Mechliniae est, in sacculo litis notato n°. 2297. quae spectat ad *Ingelanden van Lopickerwaert.*)

IOHANNES Dei gratia *Electus Traiecten̄* Vniuersis presentia visuris et cognoscere veritatem cum felicis Recordationis dn̄s HERMANNVS quondam Episcopus traiecten̄ concesserit dilectis

ctis nobis in christo *decano* et capitulo Ecclesie *Ste Marie* traie- A. 1289. M. Iul.
cten̄, nec non et parrochie *de lopeke* quendam aqueductum decurrentem a parrochia *de lopeke* vsque ad *yslam* et *slusam* in exitu eiusdem aqueductus nos huiusmodi concesſionem Ratam habentes firmiter et ſub *banno* nostro prohibemus ne aliquis ſeu aliqua perſona eccleſiastica vel ſecularis contra tenorem predicte concesſionis et contra preuilegia predicti dn̄i HERMANNI *epī traiecten̄* vel in fraudem eorumdem in parte vel in toto ipſos in dicto aqueductu et Sluſa predicta impedire vel moleſtare preſumat decernentes irritum et non valere ſi a quoquam aliquid in contrarium attemptatum fuerit vel contigerit attemptari In cuius rei testimonium preſentem literam ſigilli nostri munimine fecimus roborari / Datum anno dn̄i M° CC° LXXX° quinto menſe julio (1).

* * *

„ Collacionata et transſumpta per nos *Iohann . de oesdorpp* et *Iacobum bosfairt de belle* conſiliarios dn̄i ducis bourgon̄ per conſiliarios et deputatos „ de et ex parte dominorum de conſilio hollan̄ zeelan̄ et fryſie dn̄i ducis „ bourgon̄ etc. In haga Comitis Reſidentibus, littera jn pergameno ſcri„ pta quondam johannis dei gratia electi traiecten̄ de data milleſimo ducen„ teſimo LXXX°. quinto menſe julio, ſigillata in cera virginea alba oblonge „ appendente jn circumferentia deſcripta, *ſigillum Iohannis jn epātu traiecten electi*, ſecundum videre nostrum, quam vidimus ad plenum con„ cordare de verbo ad verbum cum originali littera que ſane et integre „ non viciate nec Raſe in ſcriptura aut ſigillo erant / Acta ſunt hec in Cu„ ria dicti dn̄i Ducis in haga Comitis prima die menſis junij anno dn̄i mil„ leſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, ſignata ſignis nostris „ manualibus.

J. de Oesdorpp. J. Bosſaert.

(1) *Menſe julio*] Dedi hanc Chartam Pergameno ſcriptam, quia hinc explicanda est Charta *Florentii* V. Com. Holl. d. 1. Iul. a. 1285. proxime ſequens.

N. CCCXXVII.

N. CCCXXVII.

A. 1285. d. 1. Iul.

FLORENTIVS V. Com. Holl. confirmat Capitulo B. Mariae Traiect. Aquaeductum ad Isalam.

A. 1285. d. 1. Iul.

Ad Excurs. VII. p. 329. not.

(Ex Apographo authentico in Litis Sacculo, cui inscriptum 2297. in suprema Curia quae Mechliniae est.)

FLORENCIVS *Comes hollandie* vniuersis presentia visuris vel audituris salutem et omne bonum Intellecta graui querimonia dilectorum in Christo *Decanj* et Capituli Ecclesie *beate Marie* Traiecteñ et parrochianorum in *lopeke* ac eisdem adiacentium super Aqueductu suo eo quod per aquam terre adiacentis de *langerake* et *kabau* et fistulas ibidem oppositas ad aqueductum eorum et alias per obstructionem *sluse* versus *yslam* nimium lederentur Nos ad huiusmodi voces querulosas et sepius repetitas aures claudere non volentes inquisita super hiis diligentius veritate ac *inspectis priuilegijs* dicte ecclesie sancte Marie et parrochianorum in *lopeke* super hoc ab antiquo concessis et intentius examinatis decernimus dictos decanum et Capitulum et sibi adiacentes plenum ius habere et predictas fistulas siue aqueductus in lesionem siue impedimentum aqueductus eorum appositas deponendas et obstruendas et ipsam Ecclesiam sce̅ Marie predicte et suos in habendo et fruendo Aqueductu eorum vsque

que ad flumen *ysle* libere in posterum defendendos In cuius A. 1285.
rei testimonium et munimen presentem litteram Sigilli nostri d. 1. Iul.
munimine fecimus Roborari Datum anno dnj M^o CC^o LXXX^mo quinto primo die mensis julij (1).

(1) *Mensis julij*] Lucem accipit haec Charta ex antecedente; habetur etiam in Originali in Archivis S. Mariae Traiectensi, Capsa P. I. nova.

N. CCCXXVIII.

FLORENTIVS Comes Holl. confirmat immunitatem telonei, quod in aquis de *Honte* dederant Nobiles Monasterio Affligemensi. A. 1285. M. Aug.

A. 1285. M. Aug.

Vid. supra p. 876. in notis.

Ad Excurs. VII. p. 140. sq.

N. CCCXXIX.

IOANNES Episc. Tusculanus, Legatus sedis Apostolicae in Germania, rebus Flandricis se immiscens, mandat GVIDONI Com. Flandr., ut terris Imperii exeat, eique excommunicationem intentat; monetque Vasallos, ut IOANNEM de Avesn. recipiant, et Comiti Flandriae auxilium denegent. A. 1286. d. 7. Apr.

A. 1286. d. 7. Apr.

Ad Excurs. VII. p. 233, 235.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1208.)

IOHANNES miseratione divina — —

— — RVD. Dei gratia Rex — — olim quasdam terras,

A. 1286. d. 7. Apr. videlicet *supra Scaldam*, *de Alost*, *de Gerardi-monte*, *de Wasia*, et *Quatuor-officiorum* infra legationis nostrae terminos constitutas, quae dudum *in feodum* teneri consueverint a Romano Imperio, — — IOHANNI *Comiti Haynoniae* — *in feodum* regali auctoritate concessit, ab ipso Comite ac eius heredibus perpetuo possidendas. —— — Sed nobili viro GVIDONE *Comite Flandriae* se per se vel per homines suos — — opponente, quod *Comes Hayn.* propter oppositionem huiusmodi, possessionem dictarum terrarum nondum potuit obtinere —— Cumque demum idem *Comes Hayn.* ad ipsius Regis recurrens providentiam, sibi super hoc fieri iustitiam cum instantia postulasset: idem Rex praed. *Comitem Flandriae* —— —

N. CCCXXX.

A. 1286. d. 15. Apr. Idem Legatus monet asseclas Comitis Flandriae, ut intra 2. menses a rebellione desistant, sub poena excommunicationis.

A. 1286. d. 15. Apr.

Ad Excurs. VII. p. 233.

(MARTENE et DVRAND l. l. T. I. p. 1216.)

N. CCCXXXI.

N. CCCXXXI.

Arbitrium WALTERI de Coekelare Militis de Ponte Havekinswerve, inter Burgenses Ardenburg., et eos, qui in *Ardenburgambacht beooster Ee* et *bewester Ee* habitant. A. 1286. d. 1. Iun.

A. 1286. d. 1. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 153.

(Ex Registro Pergameno in Archivis Ardemburg. fol. xix.)

Wy WOUTER *van coekelare* rudder/ ende SYMOEN LAUWAERD *baillìu van brucghe* Doen te wetene allen den ghonen die dese lettren sullen zien ende horen lesen/ dat wij bi beuelinghe van *onsen heere den graue*/ hebben verstaen ten twiste/ ende ten discoorde die was tusschen die vander poort van *ardembuerch* op eenzide/ ende die van *ardembuerch ambocht beooster Ee ende bewester Ee* op ander zide/ Alse vander brucghe van *hauekinswerue/ ghaende ouer de Ee*, wie hebben ghewijst ouer *ons beste*/ ende *ouer recht*/ dat die van *ardemborchambocht beooster ee/ ende bewester ee* zijn schuldich te houdene andie vorst. brucghe schadeloos/ dien vander poort van ardembuerch/ zonder van haren lande alse aueouters ymet ymet ghelijc/ In orconscepen ende in duikenessen vanden welken dinghen/ wy hebben dese lettren ghezeghelt met onsen zeglen vuthanghende/ die waren gemaect/ Int Jaer ons heeren dusentich · cc° · LXXXVJ · tsaterdaegs voor sinxene -- --.

 N. CCCXXXII.

N. CCCXXXII.

A. 1287. d. 24. Mart.

RVDOLPHVS Rex German. in Comitiis Imperii, FLORENTIO V. per Procuratorem id roganti declarat, quod Tutori pupilli sui conditionem deteriorem reddere haud liceat (1).

A. 1287. d. 24. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 317. et 341.

(Ex Archiv. Holland. Feudal. apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 467.)

RVDOLFVS Dei gratia -- -- pro ſtatu bono Reipublicae feliciter dirigendo, in Curia noſtra ſolempni apud *Herbipolin* edicta, — — inter multa alia ſententialiter quaeſitum exſtitit, ſi *tutor aliquis* de bonis pupilli, cuius tutor exiſtit, quae teneri debent ab Imperio, — — — Qua ſententia ſic queſita in genere lata rationabiliter et legitime approbata, ad inſtantiam ſpectabilis viri FLORENTII *Comitis Hollandiae fidelis nostri* dilecti ſpecialiter querebatur in ſententia, utrum ſi ſpectabilis vir FLORENTIVS, *patruus* et *tutor* ipſius FLORENTII *Comitis Hollandiae*, aliquas pactiones vel promiſſiones aut obliga-

(1) *Liceat*] Hanc Chartam reſpicere ad a. 1256. d. 13. Oct. p. 681. ſqq., quando Tutor FLORENTIVS Zeelandiam in feudum recepit, iam obſervavit MIERIS D. I. bl. 467. Nulla autem cauſſa est, cur hanc etiam Chartam cum clar. Editore STOKII D. II. bl. 576, 581. obelo figeremus, dedit eam MIERIS ex Registris Curiae Feudalis Hollandiae

gationes fecerit alicui de tenendo aliqua feoda sua ab alio quam ab *Imperio*, a quo bone memorie quondam suus Pater *eadem feoda* tenuit in *ultimis temporibus* vite sue, si hoc in suum dispendium de iure possit, vel debeat redundare, et ad nostram requisitionem sententiatum exstitit, per venerabilem *Salzburgensem Archiepiscopum*, venerabilibus *Moguntinensi* et *Coloniensi Archiepiscopis*, et aliis multis *Episcopis*, ac illustribus *Comite Palatino Reni* AL. *Duce Saxonie*, multisque aliis Principibus, qui presentes fuere, consentientibus, quod ipsi FLORENTIO, *Comiti Hollandie*, per *pactiones*, *obligationes*, vel *alias ordinationes* quascumque, quas spectabilis vir, FLORENTIVS, patruus et tutor suus, de *tenendis feodis* suis ab alio quam *ab Imperio* in suum preiudicium fecisse dinoscitur, nullum debet aliquo unquam tempore preiudicium germinari[a] quo minus illa feoda omnia et singula *tenere* debeat *ab Imperio*, prout quondam *pater suus* illa *ab Imperio tenuit* in ultimo tempore vite sue, quam quidem sententiam utpote rite et rationabiliter latam duximus approbandam. In huius autem sententie sic late et per nos approbate testimonium et perpetuam firmitatem ad discretorum virorum STEPHANI, *Decani Traiectensis*, GISELBERTI *de Ruwel*, *Militis*, et Magistri SYMONIS *de Durum*[b], ipsius FLORENTII, *Comitis Hollandiae*, *procuratoris*, requisitionem presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas ipsi FLORENTIO, *Comiti Hollandie*, predicto duximus transmit-

A. 1287. d. 24. Mart.

[a] v. l. *generari*.

[b] *Durd.*

A. 1287. d. 24. Mart. tendas. Testes huius ſunt Principes ſuperius nominati, et alii quam plures Principes et fideles noſtri.

Datum *Herbipoli* in vigilia annunciationis Beate Virginis predicta, Indictione XV. anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſeptimo, Regni vero noſtri anno decimo quarto.

N. CCCXXXIII.

A. 1287. d. 22. Apr. FLORENTIVS Hannonienſis, frater IOANNIS d'Aveſn. Com. Hannoniae teſtatur de portione terrae in feodum ſibi data a IOANNE fratre ſuo.

A. 1287. d. 22. April.

Ad Excurs. VII. p. 233.

(MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1218. ſq.)

Jou FLORENS *de Haynnau* ſires de Brayne et de Hal, fac ſavoir à tous, ke par l'asſentement —— —— —

—— —— —— ——

Par mi ces dont devantdis et autres qu'il m'a fait *en le terre de Hollande*, ſi com il appert par ſe lettre j'en ai de toutes parchon et eſcances *de pere* et *de mere* et autre droiture que j'ou ai, u puis avoir, ou dois, ou ki à mi appiertienent; ou paroit *de droit* ou *de fait* ou de *loi* ou *uſage* de pais —— —

N. CCCXXXIV.

N. CCCXXXIV.

GVIDO Comes Flandriae declarat, Maiores suos, Comites Flandriae, inter alia Dominia semper etiam possedisse terram de Walcres, Zuytbeveland, Noortbevelant, Borsele, et omnes Zeelandiae insulas. A. 1287. d. 25. Maii.

A. 1287. (1) d. 25. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 331.

(Ex OL. VRED. *Sigill. Com. Flandr.* p. 50. apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 471.).

Nos GVIDO, *Comes Flandrie*, et *Marchisus Namurcensis*, proponimus et dicimus, quod antecessores nostri, *Flandrie Comites*,

(1) OL. VRED. *Geneal.* T. I. p. 386. hoc iterum Diploma profert, sed ad a. M. CC. LXXX VIII. id quod magis probabile videtur. At Vir Ampl. ad STOKE D. II. bl. 309. ridet hanc Chartam, neque aliud tamen affert argumentum, quam quod inter testes occurrat *Dominus Balduinus de Avesnis Dom. de Beaumont*, *Guidonis frater*; qui tamen, MEIERO teste, obierit anno 1280. Verum non statim pro falsis esse habendas Chartas, in quibus quid vitii in *nominibus*, *temporibus*, *locisve* occurrat, nisi alia dentur maioris momenti argumenta, Critica Diplomatica docet. Multum igitur abest, ut hoc vocem *een* ONWEDERSPREEKELIJK *bewijs*, *om dien zogenoemden brief van* TASTELYKEN LOGEN *te overtuigen.* Sed errasse MEIERVM, satis apparebit, si probatur, *Balduinum de Avesnis Dom. de Beaumont*, *Guidonis fratrem*, Iohannis de Avesnis *patruum*, adhuc in vivis fuisse a. 1288. Id quod liquido patet, ex Gallica Charta BVRCHARDI Episcopi Metensis, fratris IOHANNIS Iunioris, adeoque *patruelis*, cum *Guidonis*, tum *Balduini de Beaumont*, data a. 1288. apud MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 1231. qua, in adiudicanda *urbe de Blarignies*, arbitri capiuntur ipse *Boucart* et son CHIER ONCLE *Monsigneur* BAUDUIN D'AVESNES SEIGNEUR DE BIAUMONT. Ac recte observat P. PAVLVS Diss. *de Zeel. Feudo* p. 70. (1) inverti posse hoc argumentum, et potius

A. 1285. d. 25. Maii. *mites*, *terram de Alost*, *Geraldimontem*, *terram Quatuor-officiorum*, *terram Wasiae*, cum *terra supra Scaldem*, cum earum pertinentiis universis, et singulis, *terram de Walcres*, *de Zuyt-Bevelant*, *de Noort-Bevelant*, *de Borsele*, et *omnes insulas Zelandiae* (2), cum pertinentiis earum, et *terram de Oostrevant*, *de Creveceur*, et *de Aleues*, ab initio, usque in diem obituum suorum, pacifice tenuerunt, et posfederunt, et specialiter illustrissima Domina MARGARETA, *Flandrorum* et *Hannoniae Co-*

tius ex nostra Charta erroris convinci MEIERVM, quod a. 1280. hunc obiisse narret. Non nego tamen, hunc Balduinum mortuum iam anno 1289. argum. Chartae ipsius Coniugis, ibid. VRED. p. 387. ad a. 1289. Immo exstat huius Viri Epitaphium in *S. Pauli Ecclesia* Valentianis: *cy gist noble Cheualier Bauduin d'Auesnes Seigneur de Beaumont*, *second fils de Marguerite Comtesse de Flandre et de Hainau et de Bouchart d'Auesnes*, *qui trespassa l'an* M. CC. LXXXIX. Vid. D'OVTREMAN *Hist. de Valentienn.* L. III. C. IX. p. 457. Quid pluribus opus est?

(2) *Terra supra Scaldem — terram de Walcres —*] Putavit Vir Doct. P. PAVLVS Diss. laud. p. 58. (1), ubicumque in Chartis verba, *terra iuxta vel supra Scaldem* occurrant, non indicari *Insulas Zeelandicas*, sed invicem esse distinguenda, ac fortasse indicari *terram de Saftingen* et *de Beveren*; idque apodictice vult patere ex his *Guidonis* verbis. Contrariam tamen opinionem tam valide adstruunt, quae in praecedentibus sunt disputata, ut verborum confusio, prout in hac Guidonis Charta habetur, parum roboris adferre possit. Ipsam hanc Chartam non satis accurate rem explicuisse, satis docent verba, *terram de Walcres*, *de Zuyth.* —— *et* OMNES *insulas Zelandie.* Quorsum enim *omnes insulas*, postquam ex *quinque* illis iam *quatuor* primarias nominaverat scriba. Vrget Vir Doctus, Wilhelmum II. in Charta d. 11. Iul. a. 1252. (Probb. p. 624.) Insulas Zeelandicas non innuisse per *terram iuxta Scaldam*, *idque patere ex bellis postea ob eas servandas contra Margaretam gestis.* Verum hoc ipsum, bella nempe ob eas gesta, docet, innui hic *Zeelandicas insulas.* Nam ita verba Wilhelmi habent: TERRAM IVXTA SCALDAM, *terram de Alost*, *terram de Wasia*, *et terram Quatuor-officiorum cum omnibus pertinentiis*

Comitissa, cui nos in *Comitatu Flandrensi* et dictis terris successimus *etc.* Facta sunt haec in domo nostra, apud *Winendale*, in *Flandria Tornacensis Diocesis*, anno Dominicae Incarnationis M. CC. LXXXVII. in die Pentecostes, presentibus viris nobilibus, Domino BALDVINO *de Avesnis*, *Domino de Beaumont* fratre nostro, ROBERTO, *Comite Nivernense*, et WILHELMO filiis nostris *etc.* A. 1287. d 25 Maii.

tiis suis, *carissimo sororio nostro — Iohanni de Avesnis*, *prout* EADEM *Comitissa* AB IMPERIO *tenuit*. Tenuit autem Margareta *has Insulas* ab Imperio; accepitque IOANNES de Avesn. per idem donum *Insulas Zeelandicas*. Et hinc tot bella! Non nego tamen, scriptores et Chartarum cusores in his verbis saepe vacillasse; immo aliquando ipsos non satis, quid sibi vellent, intellexisse, ut in hac Guidonis.

N. CCCXXXV.

FLORENTIVS V. Comes Holl. confirmat emtionem Officii cuiusdam in *Oestcappelle*. A. 1287. d. 15. Aug.

A. 1287. d. 15. Aug.

Ad Excurs. VII. p. 329. *not.*

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. XXXIX. vso. l. l.)

Wj FLORENS *Graue van Hollant* maken condt alle den ghenen die dese letteren sullen sien ofte horen, dat dat Ambochte dat die *Abbet* ende dat Convent van *Myddelburgh* hebben gecoft int Ambochte van *Oestcappele* ieghens ons, ende ieghens *Ianne* ende *Pauwels Moens* kinderen ende ieghen *Ianne*

A. 1287. d. 15. Aug. *Kermesse* dat es bj onsen wille ende bj onsen consent ende bekennen hem dat met desen brieue eñ ghewaren hem dat altoes eñ vrielike te besittene, ende orconde dat zij daer aff betaelt hebben den ierften penninc ende den lesten. In orconden van deser dinc soe hebben wj dese lettere beseghelt met onsen seghele, Gegheuen in ons heeren jaere dusent twehondert ende seuen ende tachtich op onser vrouwen daghe te midden ogeste.

N. CCCXXXVI.

A. 1288 d. 15. Mart. RVDOLPHVS Rex Germ. GVIDONI Comiti Flandriae, Homagii praestandi causa ad se venturo, concedit *saluum* quem vocant *conductum*, *non obstante proscriptionis vinculo*.

A. 1288. d. 15. Mart.

Vidimus a. 1288. d. 3. Iun.

Ad Excurs. VII. p. 235.

(Ex Originali in Archivis Insulens.)

NOS ROBERTVS Dei gratia *Episcopus Laudunensis* et THEOBALDVS *Comes Barrensis* notum facimus Vniversis tam presentibus quam futuris quod nos litteras Excellentissimi Domini RVDOLFI Dei gratia *Romanorum Regis* semper Augusti sigillo suo vero sigillatas non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas Vidimus in hec verba:

Nos

Nos RVDOLFVS Dei gratia *Romanorum Rex* ſemper Augustus ad univerſorum ſacri *Imperii Romani* fidelium noticiam, tenore preſentium volumus pervenire, quod nos ſpectabilem virum GVIDONEM *Comitem flandrie* nostram ſuper faciendo nobis et Imperio ***homagio debito*** adire volentem preſentiam et familiam ſuam totam cum perſonis et rebus ſuis omnibus, non obſtante *proſcriptionis vinculo* quo idem *Comes* iam ligatus in veniendo ad nos ſtando ſive morando in *Curia nostra* et ad propria revertendo ac eciam aliam ſuam *Comitiuam* quecumque fuerit in nostram et Imperii protectionem recepimus et *conductum*; in cuius conductus et protectionis testimonium preſentes litteras eidem *Comiti flandrie* transmittimus nostri ſigilli munimine communitas. Datum *hagenoye* idus marcii indictione prima anno Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo octavo Regni vero nostri anno quinto decimo. A. 1288. d. 15. Mart.

In huius igitur rei memoriam preſentibus litteris ſigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini M.° CC.° octogeſimo octavo feria quinta post octavas trinitatis.

* * *

Collationné au Vidimus original en Parchemin, ſcellé de deux ſceaux étant en la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut ſupra p. 461.] à Lille le 28. Iuillet 1777.

GODEFROY.

N. CCCXXXVII.

N. CCCXXXVII.

A. 1288. M. Apr.

FLORENTIVS V. Comes Holl. confirmat venditionem Decimarum, quam IOHANNES de Subborgh, Homo ipsius, fecit Abbatiae Medioburgensi.

A. 1288. M. Apr.

Ad Excurs. VII. p. 329. not.

(Ex Antiquo Chartulario Abbatiae Mediob. fol. xiii°. II.)

Wj FLORENS *Graue van Hollant*, maken kont, allen den ghenen, die dese letteren selen sien ochte horen, dat *Ian van Sobborgh* onse Man vor ons bekinde en̄ verliede, dat hj heuet vercocht ewelike vten gronde den Abt ende den Conuente van *Middelburgh* alle die *tinden*, die hj hilt in *Walgheren* van hem te lene, omme en genomt ghelt, dat die vorsegheden *Ianne* al vergouden es, In orconde deser dinc hebben wj dese letteren geseghelt met onsen seghele Dese letteren waren ghegheuen in *Middelburgh* ons heren jare dusent, tuehondert ende achte en̄ tactech jn Aprille.

N. CCCXXXVIII.

N. CCCXXXVIII.

Nonnulli Nobiles Zeelandiae promittunt GVIDONI Comiti Flandriae, facturos se Homagium pro terra *inter Scaldem* et *Hedinese*, propterea quod FLORENTIVS V. Comes Holl., etsi saepe rogatus, corrigere nollet ea, quae violenter et iniuste contra Terrae Consuetudines peregisset. A. 1289. M. Mart.

A. 1289. M. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 342.

(Ex Originali in Archivis Insulensibus.)

Nous JEHANS *de Renesse*, WALFART *de Berseie*, HUES *de Cruninghe*, JEHANS *de le Malstede*, WATIER *de Cruninghe*, HUES *de Mairlant*, WULFART *de Katendike* et GILLES *de Poule* Chevalier, FLORENS *de Bersele*, BOUDINS *de Eyringhe*, RASSE *de Bersele*, JEHANS *de Bersele*, WILLAUMES *Vrieze*, JEHANS *de Cruninghe*, CLAYS *de Kats*, COSTINS *de Cats*, HENRYS *de Kats*, JEHANS *de Zubourgh*, SYMONS *de le Hoghe*, HOLLANDER *de Remarswale*, JEHANS *fils* Monsegneur ARNOULS Chevalier, CLAYS *de Barsdorp*, JEHANS *de Skinghe* JEHANS *de Scoudeé* fils *pieron*, CLAYS *Destaples*, ANTOINES *de le Vliete*, PIERRE *fils pieron*, WILLAUMES fils GILLON, GILLES *de Brugdam*, BAUDUINS fils SIMON

A. 1289. M. Mart. *de Coudekerke* et WATIERS *Zoute* (1) faisons savoir atous, ke des grans et plusieurs grieteis et durteis (2) ke nos Sires FLORENS *Cuens de hollande* nos fait et a fait en moult de maniere et Longhement encontre *les Coustumes dou pays* et *encontre raison*, nous pour nous et pour le pays ki est en le partie de le tierre *de Zelande entre hedinezé et l'Escaut* et pour ceaus qui sunt hors de ces Lius en l'autre partie *de Zelande* ki de no acort sunt et ki tout einsy sunt greveit, a noble Prince et no cher segneur GUYON *Comte de flandres* nous sousmetrait par le defaute du *Comte de hollande* devant dit qui nous avons longhement et pour maintes fois humblement Priiet et Requis de Lamender et de faire raison et il ny a volu mettre ne amendement ne conseil et comme cil ki si soumes fourmenei par ledit *Comte de hollande* ke pooir n'avons de plus souffair ne endureir, nous au *Comte de flandres* devant dit avons monstré en ces choses notre grant Grieteit et nostre meschief, et il coume Loiaus Princes et boens Sires en deboinairetei et en pitei et en raison y a entendu et proumis a mettre son boen Conseil en ces choses, et comme debas soit entre *Luy* et le *Comte de hollande* pour oquoison *del hommage* de le tierre devantditte et *dou*

(1) *Zoute*] Memorabilis est haec Charta non modo ob eius argumentum, sed etiam ob insignem multarum Nobilium familiarum notitiam.

(2) *Durteis*] Quaenam haec fuerint gravamina, docebit Charta a. 1290. d. 12. Iun. n°. 2.

dou droit que li *Cuens de flandres* y a et doit avoir einfi com- A. 1289. M. Mart.
me il dit, nous avons audit *Comte de flandres* proumis pous
nous et pour tous ceaus ki de no acort funt et feront ke nous
des chofes devantdittes dont nous foumes envers ledit *Comte de hollande* en content, ne ferons *fans le Comte de flandres* devantdit et fans fon hoir *Comte de flandres* fi de luy deffalloit *nule pais* ne nule acort *au Comte de hollande* devantdit ne a fes hoirs ne a autruy de par eaus, et nous devant noumei c'est asfavoir ki foumes de celle partie de le tiere *de Zelande* ki est entre *hedineze et l'Efcaut* proumettons audit *Comte de flandres* pour nous et pour ceaus de le ditte tiere ki a no acort funt et feront, et ke nous y porons atraire en boine foi ke au mant *le Conte de flandres* v de fon hoir *Conte de flandres*, nous venrons au jour en flandres en au lieu kil nous mandera et orrons ce kil nous vorra dire, et s'il dit a nous v a ceaus ki y feront ke il a fe befoingne demeneé kil a encontre *le Comte de hollande* fi avant ke il li fante ke par raifon nous li devons et poons faire *hommage* et *feaulté* croire len devons et faire hommage et feaulté et obeir a luy et a fes hoirs *Comtes de flandres* comme a *no droit Seigneur*, nous no hoir et no fuccesfeur ki aprés nous venrons, et s'il y avoit aucun ki ne venist au jour des dont en avant il feroit tenus defaire *hommage* et *le feaulte* afet quilj en feront requis par ledit *Comte de flandres* v par fon hoir *Comte de flandres* v par celuy *qui en fon Lieu* feroit

par

A. 1289. M. Mart. par ſes lettres pendans, et dobeir a Luy de la en avant, et ſe nule Gens de celi partie de *Zelande* ki est *entre hedineze et l'Eſcaut* eſtoient *rebelle* en ces choſes, nous ſoumes tenus *d'aidier le Comte de flandres* a eaus deſtraindre ke il viegnent a *le feautei* et *al Hommage* et al obeisſance doudit *Comte de flandres* et de ſes hoirs et de ſes hoirs *Comtes de flandres*, de Rechief, nous tout ki deſeure ou coumencement de ceste lettres ſoumes noumei promettons audit *Comte de flandres* pour nous et pour tous ceaus ki ſunt et ſeront de no acord ke depuis ke li *Cuens de hollande*, v aucuns de par Luy aront entrepris v mesfait encontre nous v encontre aucun des nos, nous de la en avant audit *Comte de flandres* et a ſes hoirs *Comtes de flandres* aiderons et ſervirons de nos corps et de no avoir et de nos, nous et nos hoir, et a wiere maintenir et a luy aidier a conquerre a retenir et a ſauveir *ſa Seigneurie* et *ſon Droit* encontre *le Comte de hollande* ſes hoirs et les leur et avant nous li ferons tel *ſervice* coume nous et nos ancisſeur avons fait a ceaus ki dusqu'a ore ont estei *Seigneur dou pays*, et promettons encore ke dore en avant nous atrairons et tenront en no acord en toutes ces choſes et en cascune deles tous ceaus ke nous y porons attraire èt tenir et a toutes ces choſes ki ſunt contenues en ces preſentes lettres et a cascune deles a par li, nous tout enſanle et cascun de nous pour luy ſans atendre nul des autres et pour tant comme touche a chacun de nous, nous obligeons et volons

lons y estre obligé audit *Comte de flandres* et a ses hoirs *Comtes de Flandres*, toutes ces choses devant dittes et chascune deles nous proumettons et avons proumis par le foi de nos cors et par nos fairemens ke nous avons fait sollennemment sour les Ste Euvangiles pour nous et pour nos hoirs et pour tous ceaus ki de nos acort sunt et seront a faire et a tenir loiaument et fermement et sans jamais defaillir, ne aller ne faire encontre, et a ce obligeons nous et nos hoirs et ceaus de nos acort, en tesmoignage de laquel chose nous avons donneit au *Comte de Flandres* devantdit ces presentes lettres faielées de nos seaus, et s'il y avoit aucun de nous un v plusieurs ki neuist mis son seel a ces presentes lettres pour ce ne voulons nous mie mains y estre tenut et obligé as choses ki sunt contenues en ces lettres meesmement cil de nous ki y avons mis nos seaus, ce fu fait l'an de le Incarnation notre Segneur Jehesus Crist mil deus cens quatre vins et nuef ou mois de marc.

A. 1289.
M. Marc.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin, qui devoit être scellé des sceaux des personnes nommées dans ces lettres, mais dont plusieurs n'y ont pas été mis, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 12. Juin 1776.

GODEFROY.

 N. CCCXXXIX.

N. CCCXXXIX.

A. 1290. d. 24. Febr.

FLORENTIVS V. Comes Holl. confirmat agri dimensionem inter *Wulphardspolder* et *Duinhoofde* in Walacria pro Abbatia Medioburg.

A. 1290. d. 24. Febr.

Ad sq. Chart. p. 900. (1).

(Ex Originali in Archivis Rijnsburg.)

WI FLORENS *Grave van Hollant* make cont alle den ghenen die desen brief sullen sien of horen lesen · dat broder WILLEM provest vanden cloestre in *Myddelborch* hevet ontvanghen ené custinghe also alse wi hem bevalen · van broder *heine van Rijnsborch* · van *Gherolf* den neve · van *Willem* van *domborg* · van *clais hughen* sone · van *janne herpen* sone ende van *Harnout moins* sone alse van den vtdike die leghet tuschen tseren *wlfarts polre* · ende *duenhovede* · Dese custinghe was ghedaen te *bricdamme* opt kerchof · op den dinxdach na dertiendach · ende bi haren ede hielsiit also · alse hier binnen ghemerkeden pale ghescreven es · Vander westerste pale opt zan voer *rikedale* · cccc · roden ieghens die Zee · ende op den hoke vanden westpolre · cccc · rd̄ · die brede tuschen dese tve pale es · ccc · rd̄ · littel min of littel meer · Die ierste pale ieghens die diepe die doe ghenc opt scor die es · LXXVII · rd̄ · van den hoke vanden westpolre ende die pale ieghens dien westhoke vanden

den wale die es LXXVII· rd. ieghens die zelve diepe *die* ie- ghens peters henrics fone ·c· rd. en ·I· rd· ende ieghens cloe- sters lant van mydd ·c· rd· en VII·rd· Dus diepe eest ie- ghens den westpolre · alfe hier es ghenomet bin desen vier palen· Ten westhoke vanden boempolre ·IXC· rd· Dit es die ierste pale· Die ander pale vanden boempolre ieghens twaleken * ieghens der dietscherheren lant es ·XCVII· rd· Die derde palen vanden oestersten hoke vanden boempolre es ·c· rd· en ·x· rd· Ende die vierde pale · ieghens der swarter moniken oesterste lant ·c· rd· en XXII· rd· ende ten oesthen- de van den boempolre ieghens der dietscher heren lant ·c· rd· en XXII· rd· Die pale van tseren wlfartspolre ieghens der swarter monike lant ·LIX· rd· ende ieghens die middewerde vander swartermoniker lande ·LVII· rd· Int ghescheit van tseren wlfartslande ende ds. vorseider lude lande ·XLVI· rd· Al dat es binnen desen ghenomeden palen dat helden si met ere custinghen also alset dese brief vorseghet · ende dese mate sal wesen van den vtersten voete vanden dake· Ende dese custinghe hovde (sic) wi vaste ende ghestade ghelike of si voer ons seluen ware ghedaen· In orconde van desen brieve beseghelt met onsen seghele· Ghegheven in ons heren iare · M · CC· LXXXX· in sente mathiis avonde · *ter vere*·

(del. — A. 1290. d 24. Febr. — * d. i. welk.)

* * *

Appendet Sigillum Comitis Equo insidentis, galea cristata, hac perigraphe:

A. 1290. d. 24. Febr. S'. FLOR . . . . . . CII COMIT . . . . . . HOLLANDIE.

In aversa parte solitum eius Contrasigillum, cum *Leone*, et literis:

SECRETV̄ · FLORĒCII: COMITIS · HOLLĀDIE:

N. CCCXL.

A. 1290. d. 12. Mart. FLORENTIVS Comes Holl. Oppidanis Middelburgensibus opem promittit contra eos, qui urbem infestarent, eosque alioquin a noxa immunes praestabit.

A. 1290. d. 12. Mart.

Ad Excurs. VII. p. 344.

(Ex Originali in Archivis Vrb. Mediob. Loc. 3. n°. 111.)

Wi FLORENS *Graue in hollant* · Groeten Ende maken cont al dien genen die desen brijfh sien josh hoeren sullen · Omme sonderlange liefte · Ende om de groete trouwe die wi hebben tot die van *Middelburgh* omden sonderlangen dinst die si ons dicke gedaen hebben · geloeue wi hem dat · war dat de gemene port in anigen tuiste quame *iegens dien van buten* (1), josh dat die van buten mestade iegens enigen portre van Midd̄ dat de gemene port van middelburgh an hem trechede alse van den tui-

(1) *Iegens dien van buten*] Etsi etiam hoc, sed perperam applicarunt, *Flandrenses* non diserte nominantur, hos tamen cum Nobilibus Zeelandiae confederatis innui, satis docent huius temporis res gestae, et obsessa per Flandros Vrbs Medioburgum. Viderunt qui in *Aureo* sic dicto *Registro Vrbis Mediob.* a. 1549. deinde repetito a. 1685. quae in Archivis Vrbis Mediob. asservantur, hanc Chartam in Indice f°. 151. vs°. ita recensent:

Een

tuiste die gescied es · dat wi hem eñ al hare helpers · eñ alle die gene die in hare helpe coemen sullen scadeloes houden sullen van wat dat der gesciet *alse lange alst staed* · In orconde van desen stichen hebben wi desen brifh geseghelt met onsen segele · Dese brifh was gegeuen inde jare ons heren · M · CC · negentich des sonendages vor half marte —— ——. A. 1290. d. 12. Mart.

* * *

Ex Originali Loc. 3. n°. 211. Exstat et *Copie Authenticq* in Registro Pergameno n°. 4. fol. 2. vs°. Necnon in Registro Pergam. n°. 3. signat. *Buschuysen*, fol. 14. Habet et MIERIS D. I. bl. 501. sed vitiose.

Exstat praeterea alibi huius Chartae *Vidimus Abbatis B. Mariae Mediob. Pieter van den Dam* a. 1446. 19. Sept.

„ Een Priuilegie van Hertogh [l. Grave] Floris, dat [leg. *dat hy tegen den Grave van Vlaenderen*] *de Graue van Vlaenderen* houdt tgunt dat by die van Middelburgh gedaen wort jegens de geen die de stadt. ofte poorter hinderlijcken zijn, ende belooft alle de hulpers van die van Middelburgh in des voors. is indene [l. indemne] te houden. Actum des Sondaegs voor half maerte XII°. XC. ". Locus, ubi data haec Charta, non adiicitur. *Florentium* tamen per hos dies illic viciniae fuisse, satis patet ex antecedente Diplomate, *Verae* in ipsa insula Walacria edito.

N. CCCXLI.

N. CCCXLI.

A. 1290. d. 6. Maii. IOHANNES filius HVGONIS de Cruningen, ad aliorum Vasallorum exemplum, promittit fidelitatem et homagium GVIDONI Com. Flandriae ratione Feudorum, quae ab illo in *Zeelandia* tenet; idque sigillo suo confirmant eius pater HVGO, WOLFARDVS de Borsele, et IOHANNES de Renesse.

A. 1290. d. 6. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 543.

(Ex Originali in Archivis Insulensibus.)

Jou JEHANS fius monsigneur HUON *de Cruninghe* fais savoir a tous ke comme ensi soit ke mesires VLFARS *de Barsele*, Mesires JEHANS *de Renesse*, FLORENS *de Barsele* et jou avoech plusieurs autres *hommes de fief* de le terre et dou pays *de Zelande* aiens fait *hommage* (1) a haut homme et noble men chier Signeur GUYON *Comte de flandres* et *Marchis de Namur* et rechint laiemes a *no droiturier Signeur* de tous les fiefs ke nous tenons et tenir devons en *Zelande*, jou a notre chier Signeur, *le Comte* defeure dit, ait encouvent et promech luy a aidier coinforter sen

(1) *Hommage*] Vid. Chart. a. 1289. M. Mart. p. 893.

(2) *En Flandres*] Multi igitur ex his Zeel. Nobilibus terras etiam in Flandria Feudi titulo tenebant, ut satis apertum est ex Chartis Domini Wulphardi de Maelstede.

(3) *Mes pers*] Id est, ut opinor, iudicium meorum Parium, cui iudicio per hanc promissionem renunciat, seseque

ſen honneur ſouſtenir et ſauver et foi et loiauté porter com- A. 1290.
me a *notre droit Seigneur* contre tous autres, et ſenſi avenist ke d. 6. Maii.
par mi ou par autruy de par my en meme ocoiſon en aucuns tans ſe queſisſe ou pourcacisſe eſcampe et barat ou aucun tour ki toucast le deshonneur et le damage men chier Signeur *le Comte* deſeure dit jou oblige et met nuement en ſe main *toute le terre* entirement ke je tiegn et doi tenir de luy et deſous luy en *flandres* (2) et ailleurs ou ke ce ſoit et en tel maniere ke de haut et de bas il en puet tout entirement faire ſe volonté comment ke ce ſoit comme *dou ſien propre*, ſans attendre, d'avoir ne de faire nul autre jugement *de mes pers* (3), En teſmoignage de laquelle choſe ſe li ay donné ces preſentes lettres ſaielées de notre ſaiel, et pour plus grant ſeurté je prie et requier a men cher et amé pere monſigneur HUON desſusdit, a Monſigneur WLFART et monſigneur JEHAN *de Renesſe* deſeure nommeis ke asdittes lettres il pendent leur ſaiaus avoech le mien en connisſance de verité, et nous HUES *de Cruninghe*, VLFARS *de Barſele*, et JEHANS *de Renesſe* Chevalier a le priere et a le requette doudit JEHAN avons mis nos ſaiaus a ces preſentes lettres avoech le ſien, En teſ-

que directi ſui Domini Flandriae iudicio ſubmittit. Memorat huius et alterius etiam Chartae Vir Nob. DE GRIJPSKERKE MS. Deſcript. Zeel. p. m. 138. *Brieven, by welken de borengemelde Edelen, en ook* HEER HUGO *van Cruiningen hunne goederen in Zuidbeveland te leen ontfangen hebben van Graaf Guy.*

A. 1290. d. 6. Maii. tesmoignage et en reconnissance des choses et des convenances dessus dittes, en no presense faites et octroiés dou dit JEHAN qui furent faites et données le semedi apriés le jour de may en l'an de grace mil cc. quatre vins et dis.

* * *

Collationné à l'Original en Parchemin, scellé des quatre sceaux des personnes cy dessus nommées, presque tout rompus et ou l'on ne peut rien reconnoitre, étant dans la Tour des Chartes de la Chambre des Comptes du Roy [ut supra p. 461.] à Lille le 12. Iuin 1776.

GODEFROY.

N. CCCXLII.

A. 1290. d. 8. Maii. N. 1. RVDOLPHVS Rex Germaniae Nobiles *Zeelandiae* FLORENTIO V. Com. Hollandiae rebelles admonet minaturque, nisi ad fidem redeant.

A. 1290. d. 8. Maii.

Ad Excurs. VII. p. 236, 339, sq. 51. not.

(Ex Archivis Hannon., ex Chartulario Holland., ex Camera Feudali Holl. etc. apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 505.)

RVDOLPHVS, Dei gratia *Romanorum Rex*, semper Augustus; Nobilibus Viris IOANNI Domino *de Rynesse*, *Theodo-*

DORICO, Domino *de Brederode*, WVLFARDO, Domino *de* A. 1299. d. 8 Maii. N. 1.
Berfela, IOHANNI, Domino *de Malfteden*, HVGONI, Domino *de Cruningen*, FLORENCIO *de Berfela*, NICOLAO *de Ketza**, eorumque fautoribus et fibi adherentibus, ac amicis, graciam fuam et omne bonum. Claro clarius *Sacri Romani Imperii* fidelibus innotefcit, qualiter a tempore, cuius non extat memoria, nobiles *Comites Hollandiae*, a *Divis Regibus* et *Imperatoribus Romanorum*, nostris praedecesforibus, *Infulam Zelandenfem* (1) usque ad haec tempora tenere in feodum confueverunt; idemque, qui modo pro tempore Comitatum regit *Hollandiae*, dictam *infulam a nobis et Imperio more fuorum progenitorum* detinuit hactenus, *utpote verus Imperii Vasfallus*, ratione dictae infulae immediate. Neque dictam infulam *ab alio teneri Domino debere, quam a nobis et Imperio*, non credimus, neque fcimus, [neque] audivimus. Itaque fed de auditis admirationis fpiritu ducimur vehementi, quod vos dictae infulae incolae, asfumpto rebellionis fupercilio contra vestrum verum Dominum, nobilem *Comitem Hollandiae*, imo ut verius fateamur con-

* *Catfa.*

(1) *Infulam Zelandenfem*] Intelligenda videtur integra *Zeelandia Occidentalis*, quamquam h. t. princeps controverfia in Walacria haerebat. Dixi de hoc Diplomate fatis fuperque in EXCVRS. VII. locis fupra laudatis. Vt primum autem Comes FLORENTIVS, de Nobilium rebellione audivit, ftatim Imperatoris auxilium implorasfe videtur, et hoc ad Nobiles monitum obtinuisfe. Sed quod imprimis notandum; idem pro fe quoque fecisfe eosdem Nobiles, fq. Charta docet.

